CAESARIS CONTARDI

I. C. Genuensis, ac postmodum Episcopi Sagonensis

Commentarij in L. Diffamari. C. de Inge. & Manu.

Cum additionibus aliquot R. D. Pauli Granutij V. I. C. oriundi Lucensis, atq. Apostolici Protonotarij,

AD ILLVSTRISS. D. IO. PELICANVM I. V. C. Maceraten. & Almæ Vrbis Senatorem dignissimum.

Ex Legato Ill.mi Coccini



ROMAE, Ex Bibliotheca M. Antonij Muretti, & Iacobi Brianzij. M. D. LXXXXVI.

ILLVSTRISSIMO
D. IO. PELICANO
I. V. C. MACERATEN. ET ALMAE VRBIS SENATORI DIGNISSIMO

M. Antonius Murettus, & Iacobus Brianzius Bibliopolæ S. D.

Quæ à Contardo doctissimo Iurisconsulto, atq; Reuerendissimo tandem Antistite, magno labore, magnisq. vigilijs sunt in l. Diffamari elucubrata, ita deprauata, ita mutila legebãtur; vt sæpissimè vix, aut ne vix quidẽ intelligi possent; hodie ex veterum exemplariũ collatione diligenter emendata & aucta, in manus

hominũ ſub tuo nomine emittimus. id enim ab re non videtur, vt adeò periti Iuriũ Doctoris ſcripta, peritiſsimi eiuſdẽ diſciplinæ titulo pariter cohoneſtentur. Vſu equidem & conſuetudine cõparatum eſt, hac in re illos Principes viros deligendos eſſe, qui in aſſequendo omniũ ſcientiarũ cumulo, labores grauiſsimos pertulerunt. quorũ in claſſe te celſiſſimam dignitatis ſedẽ tenere apud omnes in confeſſo eſt: teſtem indicamus magnã illam grauiſsimorum negotiorũ molem, quam tu ſumma tua cum laude, et omnium penè gentium admiratione hactenus in patria ſuſtinuiſti, & Romæ iam ſuſtines, vt à maioribus tuis omni decore & nobilitate affluentibus ad te

ornan-

ornandum quidquam haurias, vt etiam in te ſit quod ad illos redundet. Prӕterimus prudentiam, pietatem, iuſtitiam, tuiq. animi integritatem atq. candorem, quӕ tamen ita nota ſunt, vt non qui eas laudẽt aſſentatores, ſed qui non laudẽt maleuoli exiſtimẽtur. Extremum illud eſt, ut qui Pelicani cognomẽ habes, cui à natura adeo charitas inſita fuit, vt in proximum beneficium conferret, nec proprio ſanguini parcat: hilari ſaltem vultu ſerenaq. fronte Murettum atq. Brianzium in tuã clientelam accipias, animũ illorum potius gratiſsimum, quàm rem, quӕ nulla fortaſsis videbitur reſpiciens. Vale diu felix. Romӕ Idibus Ian. M D LXXXVI.

ORNATISSIMO CIVI & Amplissimo viro Adamo Centurioni

Cæsar Contardus S. P. D.

VIrtus, qua nihil est in mundo præstantius, id, opinor, ab homine postulat, vt hominibus prosit, si fieri possit multis; sin minus, paucis, vel certe proximis: aut deniq. si reliqui desint, saltem sibi. Quandoquidem qui se vtilem cæteris efficit, is commune quodammodo negotium agit; vt contra, qui se negligit, non sibi solum, sed & ijs omnibus nocet, quibus melior factus, prodesse potuisset. Hæc tu Adam Centurio cum præclaro naturę habitu, tum recto mentis iudicio omnia consecutus his temporibus vnus eluces, in quem intuentes ceteri, in degendæ vitæ ratione optime se conformare possint. Etenim ea est integritas animi tui, ea modestia atq; humanitas, vt quicunque te adeunt, tecumq; loquuntur, auferre de moderatione, & moribus tuis aliquid possint, quorum imitatione meliores efficiantur. Fortunæ vero bona quibus abundas, ea potissimum ratione quæsisse videris, vt vel in hominum commodis prouehendis, vel miserijs subleuandis, paratissimæ semper essent instrumenta beneficentiæ. In reipu. autem libertate conseruanda, & fortioribus in dies consilijs communienda euigilant semper curæ & cogitationes tuæ, vt plane vtrum vir an ciuis melior sis, haud facile sit adiudicādum: Ita in vtriusq; laudis splendore summa cum virtute

tute

tute versaris. quæ sane virtus, si quantum expenditur prudentum iudicio, tantum annalium monumentis celebrabitur in huius sæculi nostri fama, qui nobis ætate succedent, habebunt profecto quem admirẽtur. Quare alij alios quoscunq; volent, ego te semper omni obseruantia colam, & qua re cunq; potero, quoad facultas mea feret, imitabor. quod & feci antea, cũ nulla commodorum meorum ratione adductus, sed communem tantum vtilitatem spectans, Iustiniani Institutiones ijs, qui me adire voluerunt, interpretatus sum. Nunc Commentarios quosdam scriptos à me in eam legem, quam sum arbitratus patrię maxime posse conducere, statui nomine tuo insignitos in publicum lucemq; proferre: in quo illa sane ratio consilium meum hactenus retardauit, quod mihi conscius essem, quàm magnis animi perturbationibus, & sæuientis in me fortunæ ictibus turbatus hos Commentarios conscripsissem. quodq; retulerant mihi amici quidam D. Hieronymum Cagnolum diligens in hac eadem lege studium suum collocasse, eiusq; Commentaria iam esse edita; quæ dedi operam vt haberem; his vero accurate lectis, laboris mei me minime pœnituit, eiusq; fructũ, qualiscunq; futurus est, amicorum hortationes secutus, iudicaui non esse in tenebris derelinquendum. Itaq; dum vestigia tua studiose prosequor, patronorum optime, & hoc vnum est mihi in vita propositũ, vt à te nunquam cogitatione seiungar: patere quæso, vt meum adhuc ignotum nomen cum illustri nominis tui gloria coniunctum in hominum memoria vigeat, & si tantum mea scripta valebunt, transeat ad posteritatem. Vale.

IMPP.

IMPP. DIOCLET. ET Maximian. & CC. Crescenti.

DIffamari statum ingenuorum, seu errore, seu malignitate quorundam, periniquum est: præsertim, cum affirmes diu præsidem vnum atq. alterum interpellatum à te, vocitasse diuersam partem, vt contradictionem faceret, si defensionibus suis cõfideret. Vnde constat merito rectorem prouinciæ commotum allegationibus tuis sentẽtiam dedisse, ne de cetero inquietudinem sustineres. Si igitur adhuc aduersa pars perseueret in eadem obstinatione: aditus præses prouinciæ, ab iniuria tẽperari præcipiet.

CAESARIS CONTARDI IVRISCONSVLTI GENVENSIS, AC POSTMODVM EPISCOPI SAGONENSIS

Commentarij in L. Diffamari. C. de Inge. & Manu.

Cum additionibus aliquot R. D. Pauli Granutij V. I. C. oriundi Lucensis, atque Apostolici Protonotarij.

SVMMARIVM.

1 *REGVLARE est, vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur.*
2 *Lubricum linguę non facile ad pœnam trahēdum est.*
3 *Speciale est vt in terminis huius legis diffamans agere cogatur.*
4 *Miserorum est refugium allegare speciale non assignata Specialitatis ratione.*
5 *Quomodo diffamans tacite se astringat ad agendum, & quomodo diffamare sit prouocare ad iudicium.*
6 *Diffamatus an cogatur necessitate precisa venire ad iudicium.*
7 *Diffamatus venit ad iudicium tanquam reus citatus a vociferatione.*
8 *Diffamatus dicitur necessitari facto aduersarij necessitantis.*
Prouocat ad iudicium qui nunciat nouum opus, ibidē.

9 *Qualiter ex diffamatione immineat periculum diffamato.*
10 *Prestatio seruilis ministerij an officiat ingenuitati.* *Tex.in l.3.§.seruus remissiue exornatur, ibid.*
11 *Bal. in margarita solet recitare, & non firmare opiniones.*
12 *An diffamatus ex diffamatione turbetur in quasi possessione sui iuris.*
13 *Non debet esse in facultate alicuius deterrere reum.*
14 *Paria sunt producere libellum minatorium accusationis futuræ, vel ipsum libellum accusationis.*
15 *Ne res diutius maneat in pendenti sępius statuitur terminus ad agendum.*
16 *Tex.in l. Iulianus.§.si quis colludete.ff.de act.emp. exornatur.*
17 *Dubitās ne minor restituatur, aut ne quis dicat se dolo malo deceptū, potest agere vt aut stetur emptioni aut discedatur.*
18 *Litigans cum minore quem putabat maiorem potest petere vt quę facta sunt vel ratificentur. vel irritentur.*
19 *Detrahere fratri suo, summa est iniquitas, et detrahēs eius est homicida.*
20 *Libellus in causa ciuili, in qua de honore alterius agatur, qualiter concipiendus.*
Causa status causæ criminali æquiparatur ibi.
Priuilegium meretur amittere qui concessa abutitur potestate, ibi.
21 *Legislator in dubio motus presumitur pluribus rationibus.*
22 *Moniti non obedientes dicuntur contemnere.*

Con-

23 Cōtemptus aggrauat peccatum, vt ex veniali efficiatur mortale.
24 Offendit manifeste iudicem qui sententię non paret.
25 Grauius peccat qui partem & iudicē offendit, quàm qui alterutrum.
26 Qualiter iudicia non debeant esse elusoria.
Non cogitur, qui ex nolente fit volens.
Iudex cogit creditorem pecuniam oblatam accipere etiam denegando audientiam, ibi.
27 Agere an quis cogatur ne ędificatum destruatur.
28 Plures casus remissiue in quibus quis cogitur agere causatiue.
29 Detrahens principi punitur eius arbitrio.
30 Antiquitus constituebantur magistratus, qui corrigerent principi maledicentes.
31 Omnis pœna arbitraria est principi.
32 Licet in maleficijs puniendis seruandus sit rigor, tamen hoc non procedit in principe, qui est agens omnino liberum ad similitudinem Dei.
33 Crimen maiestatis non incurritur per verba iniuriosa in principem dicta.
34 De his quę dicuntur a subditis de principe an sit sumendus prauus intellectus.
35 Qui non intelligit rationem dubitandi & decidendi similis est ambulanti in tenebris.
36 An valeat citatio, compareas si de iure tuo confidis, aut si velis.
Diffidens de iure suo non debet contendere secus si confidat, ibi.
37 Citatio conditionalis non habilitat inhabiles, licet sit secus in citatione pura.

38 *Successor in officio debet renouare terminum ad agendum, nisi sit ius quęsitum parti.*
39 *Successoris ac prędecessoris dicitur idem tribunal, & eadem instantia continuatur in eum, & reassumit causam in statu in quo inuenitur.*
40 *Iudex ex causa coarctat dilationes legales secundum magis cōmunem opinionem, limitādo vt remissiue.*
41 *Qualiter fiat executio in factis negatiuis, & contra eum cui fuit impositum silentium.*
In factis negatiuis si contumax parere recusat, iuratur in litem.
42 *Citatio ad domum debet fieri alta voce, & quę sint necessaria vt valeat remissiue.*
43 *Inquietudo proprie dicitur in personam.*
44 *Ferro viam facit qui per contraria transit.*
45 *An dilatio detur non petenti & inuito.*
Iudex ex officio potest statuere terminum parti ad petendum dilationem odio protelantis iudicium vel ne labatur instantia, vel si sit causa in qua iudex possit ex officio supplere.
46 *Processus redditur nullus omissa litis contestatione.*
47 *In causa libertatis tam hominis quàm ecclesię, seu ciuitatis non fit litis contestatio.*
48 *Deuenitur ad diffinitiuam lite non contestata in casibus, in quibus non cadit missio in possessionem aduersus contumaces.*
49 *Si quis petat se non inquietari a massario communis, vel se cancellari de banno, vel socius cancellatus petat se reponi in societatem aduersus cōtumaces, deuenitur ad diffinitiuam.*

Litis

50 *Litis contestatio non est necessaria in casibus. 34. remissiue.*

51 *Remedia plura quibus prætor contumaces punit remissiue duodecim.*

52 *In terminis huius legis nulla pœna magis congruit quàm silentij impositio.*

53 *Non punitur vt contumax, nec iudicem offendit qui citatur vt compareat si velit, vel si sua putat interesse.*

54 *An citatus si sua putat interesse dicatur defensor voluntarius.*

55 *Indultum alicui a iure beneficiũ ei non est auferendũ.*

56 *Quando iudex denegando audientiam censeatur denegare iustitiam.*

57 *Longo interuallo distat errans animus a callido.*

58 *Error habens in se culpam dolo proximus est.*

FACTI SPECIES.

SICVT Diffamandi maleficium hominibus huius seculi frequentissimum est. Ita nulla lex hac tẽpestate magis versatilis est in ore Procuratorum, & Aduocatorum quàm ista: Et quia vtilitas eius non eget commendatione (ipsa enim se ostendit) ideo materiam interpretationis tractare (pro tenui facultate mea) exordiendo illã in primis summabo, vt summat Bal. hic.

DIFFAMANTI alienum statum, terminus assignatur ad proponendum & probandũ de iure suo,

quo non probante imponitur ei silentium, ne vlterius infamet vel inquietet: qui si non paret sententiæ mulcta afficitur.

ADDITIO.

Adde quòd ad hanc legem locupletem dotem pararunt alater Germanus, Didacus Couaruu.var.resol.lib.1.cap. 18. Gabriel de actio.cõcl.6. D. Alphain collectan.118.

QVO vero dilucidius eam iuris tirones intelligãt, ponenda est ob oculos facti species quæ sequitur. Titius iactabat Crescentem suum esse seruum, errore vel malignitate ductus, vt ab his fortasse arceretur, ad quæ ingenui admitti solent: sed Crescẽs huiusmodi lacessitus infamia, ne cum suo discrimine res in pendenti diutius maneret, præsidem adijt: qui diffamatori prædicto terminum statuit, intra quem de iuribus suis experiretur: Verum improbus ille non venit ad iudicium: Quare alterũ terminum eidẽ a præside prioris successore præfigi fecit: sed cum nihil egisset in termino, sententiam præses tulit, ne inquietudinem de cætero Crescens sustineret: Verum cum obstinatiori animo: Titius (vt solebat) Crescẽtis nomen suggillare iactationibus nõ cessaret, eius supplici libello Principes optimi rescripserunt: Præsidem omnino adeundum esse: qui tam impudentem diffamatorem ab iniuria temperare atque abstinere preciperet.

Dubitationem autem mouere poterat quoad pri-
1 mam partem † Tex. regula, vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur.l.vn.C.vt nem.inuit. volun-

tatis enim est petere l.creditor.C.de pign.l.fi.C.de vsu.pup. Quoad vero secundam partem, non videbatur præsidē debere præcise cogere diffamatorē, vt a diffamando abstineret: Pręsertim si id ab errore procederet l.1.C. si quis impub. mal. Vbi si maledictum a leuitate proficiscatur, est contemnendū, Si ab insania, miseratione dignissimum, Si ab iniu-
2 ria, remittendum: † lubricum enim linguæ non facile ad pœnam trahendum est.l.famosi.ff. ad l. Iul. maiest. Oppositum tamen deciditur. Ratio decidēdi fuit quoad priorem partem tex.nulla alia, quā quod hoc iure singulari statutum est propter diffa-
3 mationem & præcipue status, † vt per Sal. & alios hic & in l. vn. C. vt nem. inuit.Inn. in c. lator. qui fil. sint leg.Ias.in l.2. num.27.de re.iud. & passim
4 doct. † Verum quia miserorum est refugium allegare speciale, ratione specialitatis nō assignata, iuxta glo. in l. filium quem habentem. C. fam. herc. Ideo operæpretium puto rationem horum altius inquirere.

Primo igitur Bal.hic quem sequitur Ang.in rub. Inst.de excep. num.23. & idem Bal. in l. sed si per prætorem.§.ait prętor.ff. ex quibus caus.maior. ra
5 tionem reddit:† Quia diffamator se tacite astringit ad agendum, & diffamare est prouocare & lacessere ad iudicium, ita quod se defendere diffamatus cogitur. Hanc in primis rationem declara: Quod licet diffamatus stimulatus dici possit vt ab infa-
6 mia se defendat, † non tamen huiusmodi defensio necessaria est necessitate præcisa, vt per.Can.& maxime Dec.in c.intelleximus. num.16.de iud. Secū-

 do decla-

7 do, declara vt Bal. nihil aliud intellexerit: † quàm q̃ diffamatum venire vt reum quodammodo citatum a vociferatione ad iudicium. Vnde nihil mirũ est, si defensoris partes sustineat, ac diffamatorem illũ æquum sit ad agendum constringi: per ea quæ habentur per Paul. Castren. Ang. & alios in l. non cogendum. §. si procuratori. ff. de proc. Ias. in l. de pupillo. §. qui remissionem in prin. ff. de no. oper. nun. Dec. in c. intelleximus. nu. 9. de iud. & traditur per Hier. Cagn. in l. venditor. ff. de iud. necnon
8 per Bal. consi. 173. lib. 2. † vbi inter cætera quę huc spectant, inquit quòd diffamatus dicitur necessitari facto aduersarij necessitantis. id quòd declarabo late infra q. 1. facitq; ne ad hęc quòd nuncians nouũ opus per iactum lapilli censetur ad iudicium prouocare. Frãc. a Rip. in d. l. de pupillo. §. meminisse. nu. 13. ff. de no. oper. nun.

Secunda quoque assignatur ratio specialitatis
9 per Bal. in marg. ad Inn. verbo silentium, † videlicet quòd ex diffamatione immineat periculum diffamato. Cũ diffamans in terminis huius legis se gerat pro domino: Intellige quòd immineat periculum diffamato respectu turbationis suæ quasi possessionis, Aliàs enim respectu ingenuitatis non officeret diffamatio: Propter enim nostrum affirmare vel negare non fit immutatio veritatis l. assumptio. ff. ad mun. & l. cum falsa. C. de iur. & fact. ignor. quod Aristotelis est ex libro περὶ ἑρμηνείας
10 † Cum etiam præstatio seruilis ministerij non officiat ingenuitati. text. est in l. secunda, & in l. scientes. hoc eodem titulo, & in lege. liberos in fi.

in fin. C. de liber. cau. & §. fin. Inst. de ingen. & in l. vis eius. C. de prob. Vel rursus intellige quòd Bald. forte censuerit periculum imminere Crescēti si Titius longo tempore se eius dominum esse iactasset ipso Crescente sciente & tacente, vt colligi potest ex eodem Bal. cons. 438. An possessio in prin. lib. 5. Sicut & econtra seruus, qui diu in libertate moratur, dn̄m possessione priuat. l. 3. §. seruus. ff. de acq. posses. Qui tex. noua & eleganti interpretatione (vt obiter hoc te admoneam) exornatur per Catell. Cott. in mem. verbo Spartacus. Sed cum Bald. in
11 Marg. † recitare soleat, & non affirmare opiniones vt per Cor. cons. 81. col. 2. lib. 4. ideo transeundum est ad alias rationes.

Tertia etiam adducitur ratio per eundem. Bald.
12 in l. si ea. C. qui accus. non poss. Quia scilicet † qui diffamatur in quasi possessione sui status turbari videtur. Hæc ratio non est simpliciter vera. Nam ex diffamatione non semper oritur turbatio quasi possessionis: vt per Cin. in l. 1. ver. iuxta hoc quæritur. C. vbi cau. stat. nisi diffamatus veram turbationem pateretur occasione diffamationis, Puta quia hic Crescens non admittebatur ad ea, ad quæ ingenui solent admitti, prout intelligit hoc ipsum Bar. aduersus sententiam Inn. nihil distinguentis, in l. 1. §. huius autem interdicti. ff. vti poss. quem sequitur Ias. in l. de pupillo. §. Si is cui. in fi. & in l. si prius. ff. de no. op. nunc. Et refert Lau. Calc. consi. 100. necnon Matth. Affl. dec. 94.

Quarta itē decidendi ratio annectitur per Accur. quem Bal. sequitur in l. Si ob commissa, C. ad

l. Iul.

13 l.Iul.de adul. quòd ſicut † à iure ſtatutus eſt termi nus certus ad accuſandum ne ſemper ſit in facultate accuſatoris deterrere reum, d. l. ſi ob commiſſa. Pariter eadem ratione inductum eſt, vt iudex diffamanti ſtatuat terminũ ad agendum: ne in facultate eius ſit diutius reum deterrere. Id quod cõfirmari
14 poteſt ex eo quod aliàs † paria ſunt producere libellum minatorium accuſationis futuræ, vel ipſum met libellum accuſationis. l. miles. §. Socer. ff. ad le. Iul. de adul. qui tex. non eſt alibi, ſecundum Rom. in l. lege Cornelia in ij. col. ad Sill. & Aret. in l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acq. poſſ. Necnon Hip. in pract. §. expedita. nu. 4. & in l. 1. ĩ prin. nu. 25. ff. de quęſt. Sed tu interim adde tex. de hoc meliorem in ca. licet in beato, de accuſ. vbi. D. Abb. colu. 2. notat ad hoc illũ tex. quem commendat etiam Iaſ. in d. §. ſi ſeruus nu. 4. Hæc ratio vt cæteris generalior, ita probabi
15 lior videtur. Nam ne res † in pendenti maneat cũ alieno diſcrimine, vbiq; videmus iudices ſtatuere tempus, intra quod quid faciendum ſit: vt aliàs eo tranſacto is cui præſtituitur, non audiatur: vt in l. mancipiorum. ff. de opt. leg. & in l. ſi quis hæreditatem. §. 1. ff. de her. inſt. Cum add. hic p glo. & latius id patebit ex pluribus cauſis iuſtis, quib9 iudex moueri debet ad hunc terminum præfigendum, quas infra recẽſui pro exornatione primæ ampliationis, ad hanc ipſam l. Periniquũ. n. eſt reum diutius ſub cultro detineri: vnde Iuriſconſultus in l. Iulianus. §. Si quis colludente. ff. de act. empt. cuius tex. verba ipſa ſubijcere libet, eleganter inquit.

Si quis colludente procuratore meo ab eo emerit.

16 tit. An possit agere ex empto? Et puto † hactenus agẽdum, vt aut stetur emptioni, aut discedatur. Sed & si quis minorem. 25. annis circũuenerit, & huic hactenus dabimus actionem ex empto, vt diximus in superiori casu. Quo in loco Bar. ex hoc monet,
17 † quòd si quis dubitet ne minor restituatur, aut ne quis dicat se dolo deceptum, potest agere: vt aut stetur emptioni, aut discedatur: vbi etiã Bald. post
18 Riz. † dicit quòd si litigaui cum minore, quẽ fortè putabam maiorem, & postea in processu causæ perpendo eum esse minorem, possum petere: vt quæ facta sunt vel ratificentur, vel irritentur. Cum his quæ citat And. Tiraq. in tract. de retractu conuent. in fine num. 169. Intell. tamen quòd minor non possit contractum nullum approbare nisi accedẽte iudicis cõfirmatione, aliàs secus. Bar. in l. si quis. C. de decur. lib. 10. Aufr. ad capel. thol. qustione 53.

Quinta huiusce specialitatis ratio reddi potest (vt tãdem calculum nostrum interponamus) quòd scilicet fundetur super mero diffamantis odio, quæ & Rom. sententia fuit in l. quandiu num. 11. ff. de
19 acquir. her. † Summa enim iniquitas est detrahere. Et qui fratri suo detrahit, homicida est. 6. q. 1. summa de pen. dist. 1. homicidiorum. Host. in summa de crim. fals. §. Et qualiter. col. pen. vers. quod
20 intelligit. † Et ideo nihil mirum si in causa ciuili in qua tractetur de alienæ existimationis discrimine, non licet in libello vagari: Sed non secus ac si causa esset criminalis, obseruanda est in libello solemnitas, de qua in l. libellorum, ff. de accus. vt late

per

per Ang.in rub.Inſt.de excep.num. 25. & Purp.in l.edita.nu.48.C.de eden.Rota deci.491. Bellam. deci. 111. Matth.de affl.dec.250. Diffamatio autẽ in caſu de quo hic agitur,erat improbior, ex eo qđ de ſtatu hominis eſſet,cum hæ cauſæ criminalibus æquiparentur per ea quæ tradit Iaſ. in §. præiudiciales num.39. inſt.de act.& in l.quotiens in prin. C.de Iudic.Tho.Gram.conſi.26.nu.18.Et Card. Pari.conſi.15.num.13.lib.2.Accedat quòd diffamator committit in legem & dilatione legis abutitur: Et ideo æquitas maxima dictat ei dilationem legis & metam actionibus à iure præfixã, arbitrio iudicis coarctari.l.auxilium.§.fin.ff.de min.l.petẽdæ.C.de temp.in integ.reſt.Et tradit Rip.in l.2.colum.4.verſ.6.fallit ff.de re iud.& facit ſecundum eum quod priuilegium meretur amittere qui conceſſa abutitur poteſtate.c.vt priuilegia de priuil.& cap. priuilegium de reg.iur. in 6. Et l. Iudæos. C. de iudęis.Verum ego tutius eſſe arbitror, vt prædi

21 ctæ rationes colligantur in vnum,† cum legiſlator in dubio pluribus rationibus motus præſumatur, vt inquit Sal.in l. ſi ſerui veſtri. C. dę Noxal. Alc. libro primo de verborum ſign.Iaſ.in l.eam quam. C.de fideicom.& in auth.quas actiones. col.6.C. de Sacr.Eccl.Curt. Iun. conſil.6. colum.5. Alber. Brun.in tract.de ſtatu.excl.fem.art.3.prin.vt quæ ſingula non proſunt, multa iuuent.l. Spadonem.§. qui iura.ff.de exc.tut.c.præterea, de teſti.

¶ Supereſt modo vt inquiramus rationem decidẽdi ad alteram partem tex. Dico igitur quòd cum diffamator hic obſtinatiſſimus non ceſſaret etiam

post

post sententiam, qua sibi fuerat impositum silentiũ detrahere nomini Crescentis, quòd huiusmodi cõtumaciæ, tanto magis fuit occurrendum, q; non tantum in iniuriam Crescentis: sed etiam in contem-
22 ptum iudicis redundaret. Qui.n.monitus † non vult ab actu illicito desistere, contemnere dicitur secundũ. Card. post Steph. in Clem. prima de sepul.
23 in tertio not. Et contemnere † est mandatum non curare. 11.q.3.ca.excellentissimus. Et contemptus aggrauat peccatum, vt ex veniali efficiatur mortale, secundum Gl. 25.dist.in §.nimis, cum his quæ allegat Dec. in c. cum non ab homine, num. 6. de Iudi. Matth. afll. in tit. de pace tenen. §. quicunq; aduo-
24 cantiam: Et qui † sententiæ non paret, offendere manifeste iudicem dicitur: Vt per Gl. in ca. si quis præpostera. dist. 50. verbo sentẽtiã. Et Fel. in Rub. in prin. de re iud. Et per moder. in rubr. ff. Si quis
25 Iusdic. Et magis peccat † qui partem, iudicem & legem offendit. Secundum Gl. in l. prima. C. de pact. & in l. si quis id quod. ff. de iurisd. omnium iudic. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 67. ff. de acqu. poss. Bellam. dec. 101. Alioquin futura
26 † iudicia sunt elusoria, & elusorium præsidis imperium, quod ferendum non est. l. fin. ff. ne quid in loco pub. & l. fin. §. vbi autem. C. de bon. quæ lib. l. si prætor de iudic. c. si sententiã, de sententia excom. in 6. cum exaggeratis per Fel. in c. Rodulphus num. 6. de rescr. & per Curt. iun. consil. 173. num. 14.

¶ Non obstant modo quæ pro ratione dubitandi in priore parte Tex. adduximus: Hic enim Regula

l. vni. C. vt nemo inuit. agere vel accusa. cog. non procedit, rationibus de quibus proxime supra abunde disseruimus.

¶ Nec hic absolute iudex cogit ad agendum, sed facit, vt ex nolente diffamator fiat volens.arg.c.displicet.23.q.4. Et est bona Glo.in c.omnis qui gemebat.7.q.1.in verb.coacte:& Ant.de Butr.in ca. primo in fine de elect.Fel.in c.super quæstionum. §.verum in fi. de off.deleg. Iudex igitur, causatiue & non præcise cogit ad agendum: Quoniam si diffamans non agat intra terminum præstitutum,denegabitur sibi de cætero audientia vt per omnes in d.l.vni.Et aliàs iudex cogit creditorem accipere pecuniam legitime oblatam, dum ei audientiam denegat.l.si debitor offerret.ff.de sol.secundum Glo. ibi,& Albert. Fulgo. Rom.& Ias.in l. quidam extimauerunt.ff. si cert. pet. Aliàs etiam quis cogitur
27 † agere ne ædificatum destruatur.l.à quo fundus, de dam. infec. Sunt & alij casus in iure propemodum infiniti,qui passim studiosis occurrent, in qui
28 bus quis † causatiue aliquid facere cogitur,vt etiã liquet ex Gl.in l.3.in verbo cogitur, vbi Alex.nu. 5.& alij.C.de proc.Bald.in l.si quis instituatur. §. sed si bonorum. ff.de her.in st.

¶ Nec etiam obstat altera dubitandi ratio:nam licet Imperator in d.l. vnica.C. si quis imp. maledicat quòd si maledictum contra ipsum procedat ab iniuria sit remittendum. Id tamen intelligitur vt procedat respectu iudicis qui nõ debet se intro-
29 mittere in vindicanda iniuria illata principi. † Nã nomini eius detrahens ad ipsummet principem remitten-

mittendus est puniendus pro motu animi sui, d.l. famosi, & d.l.vni. Matth. de Affl.dec. 265.nu.62. & dec.307.& in titu.quæ sint reg. verb.& bona nu. 104.in quibus locis refert Glo.sing.in Rub. C.de
30 præp. labor.lib.12. † Quæ dicit primitus quosdã officiales fuisse constitutos qui pœnas irrogarẽt eis
31 qui principi obloquerentur. † Et aliàs omnis pœna cuiuscunque delicti, arbitraria est principi. Bal. in l.cunctos populos, colum. 6. C.de sacr. Eccl. Iacob. à S.Georg.in sua inuest. verbo princeps. Pede. & Purp. in d.l.cunctos.nu.88.& dicit Matth.de Af
32 flic.in tit.de pace.ten.§.Si quis aliũ, in fi. † Quòd etsi in maleficijs puniendis seruandus sit rigor, tamen hoc fallit in Imperatore & Rege, qui est agens omnino liberum ad similitudinem Dei: Et licet temeritas detrahẽtis principi remaneat impunita, id speciale est in principe huiusmodi hominum leuium & quasi amentium inania spicula aspernan-
33 tis. † Nec enim per verba iniuriosa, quæ quis in principem proijciat, maiestatis crimen committitur, vt in pulchro casu consuluit. Aym. Crau.cons.
34 6.in prin. † Et de verbis subditorum de principe, non debet sumi prauus intellectus vt late per eundem. Aym. consi.9. Intelligendo tamẽ vt p Matth. de Affl.in tit. qui test. sunt necess.

¶ Libuit hactenus super ratione dubitandi & deci
35 dendi non inutiliter immorari. † Qui enim illas non excusserit diligentius, similis est illi, qui in tenebris ambulat, nec potest verum & germanum legis percipere intellectum, vt inquit Bal.in l. si tuto res C.de comp.& quibus rationibus expeditis.

Nota

36 Nota primo quòd valet ista citatio † compareas si de iure tuo confidis. Ita per hunc Tex. dicit Ias. in l. ne quicquam. §. vbi decretum nu. 19. de offi. procons. Diffidens enim de iure suo debet dimittere rẽ quam tenet. c. bonæ il 2. de potest. præl. iuncta Gl. sicut econtra confidens vel omnino non desperans non debet illud temere deserere nec relinquere indiscussum. l. illud. ff. de petit. hær. Cassiod. de dolo & contum. dec. 8. num. 5.

¶ Fugiens. n. iudicium præsumitur de iustitia sua diffidere. Matth. de afff. dec. 13. nu. 12. Et præd. citationi æquipollere videtur hæc formula, cõpareas si velis. c. significauit de test. Alex. in l. Libertus nu. 4. de in Ius voc. vel si te sentias grauari secundum

37 Barb. in Rub. de re iud. nu. 12. in clemen. † Non tamen huiusmodi citationes conditionales habilitãt aliàs inhabiles, quod contingit in citatione simplici, vt habetur per Doct. in l. cum mulier. ff. sol. matrim. & in l. fi. C. de edicto diui Adriani toll. Paul. de Cast. in l. 2. C. eod. late Fel. in c. cum inter colu. 9. versi. limita. 2. de excep. & in c. super his nu. 14. de accus. in c. exhibita de Iud. Cep. cautela 116. incip. si petens, & cautel. 290. incip. si facis. Mar. Soci. in c. quoniam frequenter. §. quod si super, colu. 19. vt lit. non contest. Cum his quæ adducit Tho. Gram. consi. 1. nu. 2. post eiusdẽ decisiones Neap.

38 ¶ Secundo nota, quòd successor † in officio debet vltra primum terminum statutum ad agendum per prædecessorem, alterum & ipse statuere. cõcor. tex. in l. edictum, vbi omnes nota. de iud. Sal. in l. si ea colum. 4. C. qui accus. Abb. in ca. ex parte de verb.

sig.

fig. Iaſ. in l. oratione de fer. Intellige niſi eſſet præcluſa via agendi poſt ius quæſitum parti, puta poſt concluſum in cauſa: vt per omnes in d. l. edictum.

39 ¶ Tertio nota quòd coram ſucceſſore † eadem ſunt ventilanda quæ coram prædeceſſore concor. tex. in l. mortuo, vbi Doct. de iud. & vnum eſt & idē tribunal; & eadem inſtantia cõtinuatur in ſucceſſorem, ita quod cauſam reaſſumit in ſtatu in quo inuenitur, vt per omnes in l. 2. C. de edend. Decius in capit. quoniam abbas nu. 4. de officio delega. Guido Pap. conſi. 129. Bellam. dec. 39.

40 ¶ Quarto nota quod iudex poteſt † ex cauſa arctare dilationes legales, ſecundum Bar. ſententiā per iſtum tex. & alia iura in l. 2. de re iud. quam ſequũtur ibi Ang. & Alex. & licet contrariam ſentētiam multi teneant relati per Rip. in diſt. l. 2. vbi tamen ipſe neutram auſus eſt eligere, prout etiā fecit Maria. in cap. 2. col. 14. cum ſeq. de dilat. Tu tamen teneas ſententiam Bar. quam atteſtatur communem. Geor. Natta in rep. clemen. ſæpe. col. 30. de verb. ſig. & quam ſequitur etiam Rom. ſing. 410. incipit, ille contra quem, & Ang. in §. minus, colu. 14. verſi. 4. caſu inſt. de act. & Matth. Affl. in tit. ex quibus cauſis feudum amit. in prin. nu. 189. & ſecũdum quam fuit etiam iudicatum, vt in cap. Thol. q. 197. cum qua itē opinione tranſeunt. Fel. & Deci. in ca. cum ſit Romana, de app. Nic. Boer. deci. 294. nu. 11. & conſuluit. Rom. conſi. 497. & ſequitur eam Gl. in §. ſancim' in verſi. hoc eſt viginti, in auth. de exh. reis, & ibi dicit. Ita ſeruari de conſuetudine, quod verbum eſt vtile in practica, ſecundum Rip. in d. l.

2. Quam tamen opinionem amplia & limita, vt diffusius per Doct. in d.l. 2.& in d.ca.cum sit Romana,& Iacob.à S.Georg.in l.ad peremptorium nu.14.ff.de iudic.

41 ¶ Quinto nota quomodo fiat executio † contra eũ cui fuit impositum silentium, vel in alijs factis negatiuis: contraueniens enim punitur,& satisdare tenetur de non contraueniendo, vt notat Bal. hic: Et habetur per Bar.& alios in l.miles.§.qui iudicati, de re iud.& per Inno.in c.cum nostris col. penult. vers.Sin autem talia,de concor.præb.Per text.in l.& harum.ff. si serui. vend. Quod si condemnatus cauere recuset,iuratur in litem, vt ibi omnes tradũt per illum tex. Et de prædictis copiosius tractat etiã Bar.in l.si prius.ff. de noui oper.nunc. Ang.& Ias. in §.æque,inst. de act. facitq; quod in his quæ habent causam successiuam non dicitur sententiæ satisfactum, nisi perseuerantia subsequatur vt notatur in l.inter castellianum.ff. de Arb. Matth. Affl. decis.341. Et huc etiam spectat quod qui cauet de modo implendo tenetur cauere de modo impleto in esse conseruando secundum Bal. in l.Titio centum in prin.per illum tex.ff. de condit. & demon. quem refert Matth. Affl.dec.392.nu.7.

¶ Sexto nota secundum Bal.hic ex illo verb. vocitasse:

42 † quod quando fit citatio ad domum alicuius debet fieri alta voce,ita vt quilibet astans valeat audire: Et hoc voluit etiam Barb. qui hunc tex.ad hoc notabilem dicit in l. sciendum colum.59.in prin. ff.de verb.oblig.& Archid.in c.primo colu.6.in ver.infra mensem de elect.in 6. Bal.consi.128.ci-

tatio

tatio facta, in primo dubio li.4. Luc.de pe.in l.pe. in fi.C.de dig.lib.12.Soc.cōs.56.viso processu col. 2.versi. Sed clarum est li.4. Cū his, quæ accumulauit. And.Tiraq.in suo tract.vtr.retra. §.9.gl.2.nu. 13. vbi magistraliter tradit, quæ sint necessaria ad hoc vt valeat citatio ad domum,& tradit etiam Th. Gram.consi.primo nu.3.posito post eiusdem dec. Neap.quæ omitto, ne his quæ sunt extra propositam materiam oneretur hæc Lex.

¶ Postremo nota quod † inquietudo proprie dicitur in personam l.2.C.de Carb.edict.& l.deuotū C.de Metall.lib.12.Ias.in l.si domus.§.in pecunia nu.15.de lega.primo.

44. NVNC Transeundo ad oppositiones quibus † vti ferro via aperiri solet vt inquit Bal. in l.precibus colum. 3. in fin.C.de impub.& aliis subst.Ias.in l qui Romæ.§. Augerius nu.6.de verbo.obl.Matth.de Affl.dec.150.nu.3.

1 OPPONO Primo, quòd inuito non debeat dari dilatio ad agendum, vel probandum: Cum non detur nisi petenti l.1. C.de dilat.l.debitoribus. ff. de re iud.l.2.C.vt infra certum temp.l. ad peremptorium. ff. de iud. & facit regula l. 4.§. hoc autem iudicium.ff.de dam.inf.& l.vni.C.vt quæ desunt aduoc.cum plene aggrega.per Nic.Boer.dec. 294.in princ.Solue quod id procedat quo ad fauorem petentis; Secus si in odium alicuius concedatur, tunc enim etiam non petenti datur, vt hic, secūdum Bal.in cap.præterea colum.3.ver.an dilatio, de dilatio.quem sequitur Fel.& Dec.in c.licet causam alter. num.13.alter. num.27.de prob.& aliàs

iudex potest etiam ex officio statuere terminũ ad dilationem petendam, & hoc ne ob negligentiam partis labatur instantia, & in odium protelantis iudicium vt habetur per Paul. de Cast. in l. j. §. primo in prin. ff. de Iur. delib. & per Alex. & Ias. in l. debitoribus in prin. de re iud. & per Doct. in l. properãdum post prin. C. de Iud. Sicut iudex etiam nõ petenti statuit terminum ad probãdum in causa quæ pertinet ad merum officium iudicis: vel in qua iudex posset de facto supplere Bald. in l. fin. nu. 7. ff. de Ferijs.

¶ Oppono etiam, quòd fuerit hic nulliter proces-
46 sum per vtrunq; præsidem † omissa contestatione litis, c. primo de lit. contest. Bal. in l. prima. C. quãdo libell. prin. pulchre per Ias. in l. si cõuenerit nu. 6. & nu. 17. de iurisd. omn. iud. & in l. si is qui temporali nu. 7. de iureiur. & per Dec. cõs. 302. Matth. Affl. decis. Neap. 283. Alber. Brun. consi. 20. num. 17. Solue quod id procedat regulariter: Secus in causa libertatis. Siquidem in ea deuenitur ad diffi-
47 nitiuam † lite non contestata, vt probat hæc lex nostra, & est tex. in l. 3. §. fin. de lib. hom. exh. & in c. cum olim. Vbi glo. fin. ab omnibus approbata de testi. idque procedit etiam, vbi agitur de libertate ecclesiæ, vel ciuitatis, vt per Bal. in l. 1. in fin. C. de testi. & per Fel. in d. c. cũ olim. Et horum ratio est, quia in causa liberali non cadit missio in possessionem ex primo & 2. decreto, & tunc non põt aliter consuli petenti, nisi deueniatur ad diffinitiuã
48 † deficiente omni alio remedio prætoris. In subsidium igitur peruenitur ad sententiam lite non con

te-

49 testata. Iccirco si quis petat se non inquietari † à massario communis, vel si petat se cancellari de bãno, vel socius cancellatus petat se reponi in societatem, cum in his term. non congruat missio, aduersus contumaces deuenietur ad diffinitiuam, vt per Bart. Bal. Sali. & alios in auth. Si omnes. C. si vt se. ab hęr. abst. Bar. in l. prima in fin. C. fin. reg. Bal. in l. prima ad fin. C. de testi. Sali. in auth. qui semel colum. 3. in fi. C. quomodo & quando iud. Fel. qui decisiones coaceruat in d. cap. Cum olim. Et habetur per Bertach. in tract. de gab. in 9. & vlti. parte
50 prin. quæst. 22. Vbi magistraliter † adnumerat. 34. casus in quibus litis contestatio non est necessaria.

¶ Oppono item quod huiusmodi pœna silentij videatur incongrua. Cum aduersus contumaces sint à iure remedia prodita. Videlicet mulcta, bannum immissio in possessionem bonorum, & huiusmodi. l. pen. de bon. auct. iud. poss. l. prima. ff. Si quis Iusdi. nõ obtem. Sed tollitur obiectum ex eo quòd quam plura sunt remedia: quibus prætor aduersus contumaces iurisdictionem suam tuetur: De quibus per modernos in d. l. prima, & nouem ele-
51 ganter † posuit Bald. in l. si curatoris. C. de suspect. tuto. necnon. 12. in l. prima num. 11. C. de hæredibus insti. & inter cætera in term. huius legis admonet ibi Bald. audientiam propter contumaciam denegari. Nec congruit aliud quodlibet
52 remedium magis in hac specie † quam silentij impositio secundũ Ang. in l. vni. C. vt nem. inuit. vbi dicit iudicem non agenti imponere aliam pęnam

quam silentij non posse: & hoc dicit esse sing. dictum Innoc. in cap. cum in tua. Qui Matr. accus. poss. Si enim alia pœna imponeretur non remoueretur diffamãs ab agendo per ea quæ dicam infra ampl. 6. Nec hic adaptari potest pœnale iudicium mulctæ cum huiusmodi citatio, si de iure tuo con
53 fidit compareas, † sit conditionalis quatenus citatus comparere velit, & ita temperat titulum. ff. Si quis Ius di. Non obtem. Bal. in cap. primo in 5. colum. de milite vass. qui contu. est. Et eum refert & sequitur. Ias. in l. Libertus de in Ius voc. & Iacob. à S. Geor. in .l. ad peremptorium num. 17. ff. de iudi. Hic enim prætor non offendit, & sufficit quod monitus non agens excludatur à iure agendi. Ias. in l. prima. §. primo: & recẽtiores ibi in Rubr. ff. si quis Ius dic. & Bellam. dec. 11. Quapropter eo modo citatus non dicitur contumax. Ias. in d. l. Libertus, & Fel. qui adducit concor. in cap. cum inter, num. 12.
54 de excep. Nimirum quia ita citati dicuntur † defensores voluntarij: vt habetur per omnes in d. L. Libertus: Roma. in l. cum mulier. num. 54. ff. solu. matr. Alex. & Ias. in l. de pupillo. §. 1. ff. de nou. op. nunc. consi. Neap. dec. 8. in no. vbi hoc ipsum dupliciter limitatur.

¶ Oppono rursus de regula, quòd indultum à iure
55 beneficium † non sit alicui auferendum cap. indultum, de reg. iur. in 6. Nec prætoris factum debet iuri derogare l. prima de ferijs, l. adulter. C. de adul. Vbi præscriptiones legibus reis datæ auferri nõ debent: Ad idem bonus tex. iu l. nemo, C. de temp. app. Cum simil. & ideo videtur, quòd quis amittat

Ius

Ius agendi lapſu termini legis, Non autem termi ni coarctati à Iudice ad agendum: Verum hæc con traria procedunt ſi iudex abſque iuſta cauſa abbreuiaret dilationes legales. Quapropter eorum reſolutio dependet ab ancipiti illa quæſtione: An ſcilicet index iuſtis de Cauſis arbitrio ſuo dilationes legales poſſit reſtringere, circa quam ſupra concluſimus magis communem opinionem eſſe quod poſſit.

¶ Oppono quòd iudex denegando audientiam vi-
56 deatur † denegare iuſtitiam, l.obſeruandum.ff.de offic. præſ.l. argentarius.§.cum autem.ff.de eden. Bald.in Rub.C.de pen.iud.qui mal.iud.Solue, q̃ hæc procedant in eo qui doloſe denegat audientiam,& ideò eſt reclamandum,vt per Alb.in l.Sed & ſi per prætorem.§. ait prætor nu.2.ff. ex quibus cau.maior Alex.Late in l.de pupillo.§. ſi quis ipſi prætori nume.12.ff.de nou.oper. nunc.& in l.dies cautioni.§.in eum,ff.de damn.infe.Thom.Gram. dec.Neap.40.Secus eſt in termi.noſtræ legis in quibus iudex iuris ordine ſeruato,& l. permittente denegat audientiam,l.Gracchus. C.ad l.Iul.de adult. Nec bene infertur à denegatione audientiæ ad denegationem iuſtitiæ,tanquam à diuerſis,vt per Ange.in l.Pupillus.ff.de his quæ in fraudem cred. & habetur in dictis locis.

¶ Oppono quod ignorantia & error ſoleant excuſa
57 re delictum,Soletque longo interuallo † diſtare errans callidus, ac malignus animus. l. Senatus in prin.ff.de iure fiſci.Vbi danda venia imprudētiæ & eſt tex.in l.quæcunque.C.de ſer.fug.& in l.pri

ma.C.de desert.mil.lib.12.l.3.§.non tantum.ff.de incend. Ruin.l.metrodorũ.ff.de pęn.Solue quod & si diffamans posset errare in hoc quod exclamaret Crescentem esse seruum suum, tamen nõ abest ab eo culpa dum famam dilacerat alienam: vel dictante hoc illi conscientia. Quo casu error habens
58 † in se culpã dolo proximus est, vt hic: & habetur per omnes in l.prima.ff.de leg.& in l.scientiam.ff. ad l.aquiliam Bald. in titu. quibus modis feud. amit.in princ.colum.2.Card.Paris.consi. 88.num. 21. in 4. Adducta vero in contrarium procedunt vbi errans non esset in culpa, vt habetur in dictis legibus.

SVMMARIVM.

1 *Diffamatio nõ tantũ est iusta causa vt iudex statuat terminum ad agendum, sed etiam idẽ erit vbicunque adsit quæuis alia iusta causa vel suspicio calumniæ iudicis arbitrio.*

2 *Iustæ causæ quibus iudex moueatur ad terminum statuendum sunt plures, suadente æquitate vel partis calumnia.*

Si officialis a loco officij sui sit recessurus si nolit in patria conueniri quid agere debeat.

4 *Scholaris vel stipendiarius si sint recessuri An possint facere assignari terminum cuicũque volenti agere, quo elapso postea non audientur, & qualiter id procedat.*

5 *Exempla etsi non restringant regulam, eam tamen declarant.*

6 *Quando*

6 *Quando plura nõ habent eamdem rationem si de vno fiat mentio non videtur fieri exempli gratia sed restrictiue.*
7 *Quæcunque diffamatio siue de iure rerum siue de iure personæ est iusta causa, vt iudex terminum statuat ad agendum & quomodo id procedat.*
8 *Iusta causa erit statuendi terminum, si iudex videat actorem expectare tempus quo reus probationibus careat.*
9 *Querela competens filio est in causa, vt eo exhæredato præfigatur terminus ad eamdem proponendam.*
10 *Lex à quo fundus. ff. de dam. inf. multiplici intellectu exornatur remissiue.*
11 *Nunciatio noui operis & quælibet alia protestatio est iusta causa, vt iudex terminum statuat ad agendum protestanti.*
12 *An actio vel exceptio præiudicialis sit iusta causa, propter quam iudex terminum statuat ad agendum.*
13 *Exceptiones quæ dicantur præiudiciales remissiue.*
14 *Cõtumacia est iusta causa, vt iudex terminum statuat ad agendum.*
15 *Si iudex dubitet ne partes veniant ad arma, poterit summarie eis terminum præfigere ad probandum sine libello & petitione quacunque.*
16 *Cõtentio si sit de quasi possessione status alicuius, Iudex an poterit terminum partibus præfigere ad agendum.*
17 *Possessorium aliud summarium, & aliud plenum. Iudex potest alicui asignare terminum intra quem faciet quod facere debet, & recipiat quod recipere debet. ibid.*

driennio.

36 Ecclesia an sit seruanda indemnis aduersus prȩlatum vel eius hȩredes, et quid si esset lucrū dāni cessātis.

37 An diffamatio prælati sit iusta causa, vt ius ecclesiæ in iudicium deducatur.

38 Delictum solius prælati an ecclesiæ præiudicet.

39 Prælato diffamanti silentium imponitur respectu sui iuris tantum.

40 An hęc lex procedat aduersus fiscum.

41 Fiscus & procurator Cęsaris an idem sint?

42 Fiscus non est priuilegiatus nisi in casibus in iure expressis.

43 Procurator Cæsaris seu fisci an dicatur legitimus administrator.

44 Speciale est in fisci administratoribus vt in eis idem sit quod in prȩlatis.

45 Procurator fisci an ex delicto suo ante tempus instituendo actiones fisco præiudicet.

46 Fiscus & ecclesia ęquiparantur.

47 Fiscus & clericus non æquiparantur.

48 An dispositio huius legis extendatur aduersus tutores & curatores.

49 Vbi est eadem ratio est idem ius.

50 An tutores & curatores, atque prȩlati possint tacite negligendo renunciare exceptionibus quibus expresse renunciare non possunt.

51 Fiscus, minor, & ecclesia ęquiparantur, quatenus materia conuenire potest.

52 Prȩlatus non defendens ecclesiam, An ęquiparetur tutori non defendenti pupillum.

53 Protestatio facta tutori præiudicat pupillo.

Contu-

54 *Contumacia tutoris An pupillo prȩiudicet.*
55 *Hospitalarij tutoribus ȩquiparantur.*
56 *Hospitalarij an in causa hospitalis transigere valeant.*
57 *Orphanotrophij praeponuntur orphanis nutriẽdis tãquam tutores seu curatores minorum.*
58 *Hospitali succurritur per restitutionem in integrum prout ecclesiae succurritur.*
59 *Hospitalia gaudent ecclesiarum priuilegijs.*
60 *Diffamatio an sit iusta causa vt tutores seu curatores cogantur ius minorum deducere in iudicium.*
61 *Tutores & curatores extra negocia, non solent prȩiudicare minoribus.*
62 *Tutor quomodo loco domini habeatur.*
63 *Contumacia tutoris an sit causa iusta, ob quam iudex ei terminum ad agendum statuat.*
65 *Minor in integrum restituitur aduersus silentij impositionem.*
66 *Minor in integrũ restituitur aduersus obmissas probationes & exceptiones, etiam post tres sententias conformes, dummodo infra quadriennium.*
67 *Minor publicatis attestationibus restituitur ad probandum super eisdem articulis.*
68 *Minor non restituitur ad probandum aduersus eum quem accusauit.*
69 *Minor ob allegationes obmissas restituitur etiam stante statuto disponente nihil aduersus sententiam excipi posse.*
70 *Non restituitur minor ob allegationes omissas, nisi ante omnia fiat summarie fides de laesione.*
71 *Minori iuranti non contrauenire processui & sententia vel sub simili iuramento constituenti procuratorem*

rem

rem in iudicio denegatur in integrum restitutio.

72 *Conualidatur iudicium si minor iuramento ratificet acta per suum procuratorem.*

73 *Iuramentum pupillum repræsentat maiorem, dummodo sit proximus pubertati.*

74 *Si minor restituatur aduersus sententiam, an parti aduersæ tutor eius condemnabitur in expensis.*

Minor post conclusum in causa non auditur si velit restitui ad trahendum causam ad partes, ibidem.

Minor si succedat maiori, aut econtra, an restituetur ob omissas allegationes, à defuncto. ibidem.

Quid si minor litigans efficiatur maior. ibidem

75 *An beneficium huius l. contra maritum competat.*

76 *Tex. in l. doce ancillam. C. de rei vendi. multipliciter exornatur.*

77 *Maritus quomodo in dote agat, & conueniatur.*

78 *Sententia lata contra maritum, super re dotali quãdo præiudicet vxori.*

78 *Cautela ad alienandum fundum dotalem.*

80 *Dos, dicitur in bonis viri quoad dominium, licet quo ad ius & sustentationem dicatur in bonis vxoris.*

81 *Maritus non solum dicitur dominus, sed etiam possessor dotis.*

82 *Contractus dotis æquiparatur contractui emptionis & venditionis.*

83 *In dote onera matrimonij succedunt loco precij.*

84 *Mulier in quibus consideretur domina dotis & an dominium dotis transferatur in maritum, absq; præiudicio priorum creditorum.*

85 *An beneficium huius legis procedat contra diffamantem iura ecclesiæ, seu hospitalis.*

Hospi-

86 *Hospitalia qualiter gaudeāt priuilegijs ecclesiarum.*
85 *An banniti qui ex forma statuti possunt impune offendi, amittant beneficia iuris communis vel municipalis.*

86 *Banniti extra territorium non possunt offendi, etiam in ciuitatibus confæderatis.*

88 *Excommunicati vel infames vbique non sunt audiendi.*

89 *Banniti banno imperiali, an amittant quę sunt iuris cōmunis.*

90 *Bannitis & rebellibus ius non est reddendum.*

91 *Banniti banno imperiali priuantur conuersatione fidelium, & excommunicati laicaliter dicuntur.*

92 *Exilia erant apud antiquos quędam fere similia christianorum excommunicationi.*

93 *Qualiter vis illata parentibus apud antiquos vindicaretur.*

94 *Excommunicationis vsus qua Christiani vtuntur habetur in diuo Paulo, iuxta theologorū sentētiā quic*

quid

quid inaduertenter dixerit And. Tiraq,

95 Expulsis ab aliqua ciuitate non denegatur remedium huius legis.

96 Exititij relegatis æquiparantur.

97 An procedat hęc lex quoties ex eadē causa ad idem competat remedium ordinarium.

98 Remedium huius legis extraordinarium est.

99 Non competit extraordinarium remedium quoties iure communi potest esse succursum.

100 Extraordinarium remedium inuentum iuxta iuris regulas concurrit cum remedio ordinario, & censetur inuentum in eius auxilium.

101 Iudex debet impartiri beneficium huius legis, quādo vtilius vel pinguius prouideret quam remedium ordinarium.

102 Remedium vnum, quomodo videatur altero pinguius prouidere.

103 Limitatur remissiue regula quod vbi competit remedium ordinarium cessat extraordinarium.

104 Dispositio huius tex. aduersus silentes non datur.

105 Qualiter aduersus diffamantem competat hæc lex & quando detur actio iniuriarum.

106 Remedium tex. in l. Aurelius. §. si cētum de lib. leg. quando competat.

107 Terminus absenti præfixus non currit nisi a die notificationis.

108 Tempus pręfixum alicui non currit nisi a die, quo potuit componere sarcinulas, & talę tempus reputatur tempus impedimenti.

Actus qui absente parte potest fieri, semper ei est notificandus, ibidem.

Dilatio

109 *Dilatio probatoria an currat absenti, & quid in expectatoria.*

110 *Cōparens elapso termino adhuc auditur, probato impedimento. Difficultas excusat cum de damno euitando tractatur.*

111 *Impedimentum excusat heredem qui non fuit executus voluntatem defuncti intra tempus vnius anni.*

112 *Impedito impedimento facti, currit terminus ipso iure, sed ei succurritur ope restitutionis in integrum.*

113 *Text. in l. fin. C. de annali except. qualiter procedat.*

114 *An terminus hominis currat, & detur restitutio in integrum.*

115 *An restitutio in integrum fiat tantum pro rata impedimenti.*

116 *Impedimentum non excusat quando quis fuit in culpa nimis se arctando, nisi tractetur de pœna corporali.*

117 *Non sufficit probare impedimentum nisi probetur diligentia, & conatus ad illud tollendum, nisi notorium fuisset quod omnis diligentia fuisset frustratoria.*

118 *Quando in impedimento sit necessaria protestatio.*

119 *Impedimentum non dicitur impedimentum quando adeundo iudicem potuisset de facili remoueri.*

120 *Impedimentum quomodo probetur.*

121 *Impedimentum iuramento non probatur in terminis huius legis.*

122 *Impedimentum in casibus in quibus solo iuramento probatur non nisi semel probatur iuramento.*

Sacra-

123 *Sacramentalis probatio non nisi semel admittitur.*
124 *Impedimentum non probatur iuramento aliàs periuri.*
125 *Si quis fuerit releuatus ab onere satisdandi propter iuratoriam cautionẽ, si semel fuerit periurus, nunquam posteà releuabitur ab onere satisdãdi mediante iuratoria cautione.*
126 *Impedimentum iuramento non probatur, nisi iurans sit honesta persona, & consonet allegatum impedimentum ex qualitate facti.*
127 *Si quando impedimentũ iuramento probetur, admittitur tamen probatio in contrarium.*
128 *Impedimentum ita demum iuramento probatur, si à iudice deferatur iuramentum.*
129 *Impedimentum contingens in personam iudicis, probatur per præsentationem partis ante tribunal.*
130 *Paupertas an sit iustum impedimentum.*
131 *Pauperis appellatio non remanet deserta, qui iuxta formam statuti non potuit soluere gabellam.*
132 *Quidam pauper fuit liberatus à pœna furcarum per Gulielmum de Cuneo.*
133 *Morbus an præstet iustum impedimentum.*
An incidat in periurium vel excommunicationẽ qui propter paupertatem non soluit. ibid.
134 *Paupertas non præstat impedimentum si quis ob culpam suam incidat in paupertatem.*
135 *Iuratoriæ cautioni non statur eius qui ob malos mores non reperit fideiussores.*
136 *Pauperes censentur qui malis moribus imbuti sunt.*
137 *Mali mores excusare non solent aliquem.*
An sit suspectus de fuga qui malis moribus imbutus est.

An

151 *An diffamatio de iure tertij sit iusta causa, vt aduersus diffamantem porrigatur huius legis remedium.*

152 *Cui verba non conueniunt, nec conuenit dispositio.*

153 *Nemo sine actione experitur.*

154 *Hæc lex intelligitur de diffamante qui possit ius aliquod in iudicium deducere.*

155 *Verba quantumcunque generalia restringuntur de habilitate.*

156 *Diffamatio procuratoris an sit iusta causa, vt ei statuatur terminus ad agendum.*

157 *Gesta procuratorio nomine ad pœnam aut illicitum non obligant dominum, nisi præcedat mandatum vel subsequatur ratificatio.*

158 *Dolus in generali mandato censetur exclusus.*
Procurator tunc dicitur cum bene gerit. ibidem.

159 *Ius tertij ex diffamatione alterius non est deducibile in iudicium.*

160 *An ex diffamatione procuratoris in rem suam, eidem terminus ad agendum sit statuendus.*

161 *Procurator in rem suam, dicitur principalis & causa ipsius dicitur propria.*

162 *Procurator in rem suam non est proprie procurator nec continetur in statuto faciente mētionem de procuratore.*

163 *Cessionarius quare dicatur procurator in rem suam.*

164 *Qui per procuratorem prohibetur aliquid facere, id tamen potest per procuratorem in rem suam.*

165 *Procurator in rem suam dicitur procurator secundū quid & non simpliciter.*

166 *Illud quod est tale secundum quid, non dicitur proprie tale.*

167 *Verba simpliciter prolata non intelliguntur secundum quid, nisi subiecta materia aliter dictet & eadem ratio competat.*

168 *Procurator simplex aliquando plus potest quã procurator in rem suam.*

169 *Restitutio ex trebelliano fieri potest procuratori simplici non tamen procuratori in rem suam.*

LIMITATIONES.

1 LIMITA Nunc hanc l. multipliciter, Et primo loco quod † iudex sine causa iusta & absque causæ cognitione non possit terminum ad agendum præfigere. l. si quis libertatem. §. nam cum quidam. vbi hoc not. Bal. & Ang. ff. de pet. hæred. Bal. in l. si quis instituatur. ff. de hæred. inst. Bar. in l. Titia. ff. de accus. Et ibi Alex. in Apost. Inno. c. lator qui filij sint legit. Ang. in rubr. Inst. de except. num. 23. Rom. in l. quandiu num. 11. ff. de acqu. hæred. Abb. in c. cum in tua. in fine. Qui matr. accus. possunt. Purp. in l. 2. num. 61. C. de eden. Dec. in c. quoniã Abbas col. pri. de offi. deleg. Rom. cõsi. 53. Nic. Boer. d. dec. 255.

ADDI. Gabriel de actio. conclu. 6. num. 24. 2. limit.

Sed hæc primũ intellige procedere nisi iusta causa termini statuendi ad agendum esset manifesta, vt per Bar. in l. mancipiorum. ff. de opt. leg.

2 Itellige 2. modo† vt sufficiat summaria cognitio Tex. est vbi omnes not. in d. l. si quis libertatem, & Nic. Boer. d. dec. 255. Id quod confirma ex eo quod

5 † vbicunque interuenit duplex iudicium primum semper summarie tractatur Ias. in l. si is qui temporali. §. si minor. nu. 18. ff. de iureiurando, Bellam. dec. 38. & dec. 224.

4 Intelliges 3. modo † vt causæ cognitio nõ requiratur in casibus in quibus iura mandant edicta fieri secundum Abb. in c. cum in tua. in fine. Qui matr. accus. poss. Quod si edictũ fiat contra iuris regulas vt quia terminus ad agendũ statuatur alicui, & tunc sine causæ cognitione non potest fieri proclama, vt per Abb. ibidem: Qualiter autem adhibeatur tunc causæ cognitio colligi potest ex Bar. in l. de ætate nu. 5. ff. de min. & Ang. in §. Itẽ prodigus, in princ. Inst. quibus non est permiss. facere testamen.

5 Intellige 4. modo † quod licet non requiratur plenaria causæ cognitio, tamen admittenda sit contradictio & disceptatio, necnon in contrarium probatio vt per Card. Pari. qui decisiones adducit cõs. 11. nu. 38. lib. 2. Hinc Bellam. dec. 745. col. 3. versi. 5. reducendo: dicit quod quandoq; terminus pręfigitur litis ordinandę gratiæ, seu abbreuiandæ, aliquando vero causa litis perimendæ, secũdo casu studiose & deliberate, ac cum magna causę cognitione terminum ait esse statuendum: Priore vero casu nõ requiritur tanta causæ cognitio: & ibi tradit exemplum in terminis palatij, qui assignantur secundum vsum eius ad producẽdum, ad ponẽdum, &c. Hi. n. termini non sunt inuenti ad perimendum, sed ad ordinandas, & abbreuiandas lites: licet quo ad aliquid sint peremptorij.

Verum terminus præfixus ad agendum principaliter

paliter est introductus ad perimendum, & propterea concludit eum non esse statuendum absque magna causæ cognitione & deliberatione maturiori.
6 Et in summarijs etiam † partis citatio requiritur vt per Dec. late in l. fin. num. 6. C. de edict. diui Adr. Toll, & Card. Paris. consi. 45. nu. 2 lib. 4.
7 Requiritur item † circa legitimationem personarum plenaria probatio, vt per Fel. in c. veniens nu. 14. de test. Card. Pari. d. cõs. 2. lib. 1. Boer. dec. 171.
8 nu. 19. Sed an testes repulsatorij admittentur? † Et admittendos censeo, ex quo per lapsum termini & eius præfixionem damnum infertur irreparabile, quo casu obiectus dari possunt aduersus testes, ac etiam reprobatio fieri aduersus eorum dicta etiam in summarijs: per ea quæ tradit Hipp. in rubr. de prob. nu. 445. Abb. in c. clericus de for. comp. col. pen. consi. Neap. dec. 55. in no. Ias. in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 168. ff. de acqui poss. Matth. de Affl. decis. 351. Summaria ergo causæ cognitio
9 hic erit † respectu modi procedendi veluti etiam alias hoc respectu tãtum iudicium dicitur summarium. Abb. in d. c. si clericus col. pen. Franc. a Rip. in l. prima nu. 45. ff. sol. matr. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 21. ff. de verb. obli. & in c. cũ ecclesia
10 Sutrina nu. 21. de causa poss. & proprie. † Hinc iudex terminum statuere poterit vtriq; parti ad probandum eodem tempore, licet alias reus non compellatur probare antequã actor probauerit. l. si quidem. C. de excep. D. a Rot. dec. 169. nota de dilat. & 109. in antiq. Bal. consi. 2. in fin. lib. 4. Ias. in §. omnium nu. 112. Inst. de act. & Alex. in l. si non fueris

11 col.1.ff.de iureiur. Et ita † seruat Rota in beneficialibus in quibus summarie proceditur in Clem. sæpe de verb. sign.& Clem.dispendiosam. de iud.

Sed quomodo iudex dicatur procedere causa co
12 gnita? † Dic qñ partibus citatis & auditis eorũ allegationibus Aut cõtumaciter absentibus procedit l. si accusaturus vbi Bal.& alij C.qui accus.& l.in causæ la prima.§.causa cognita.ff. de minor. Quæ iura copulatiue loquuntur causa cognita & præsentibus aduersariis, quod etiam aduertit Dec. in l.vbicunq; de reg. iur. & in c.ecclesia sanctæ Mariæ nu. 26. de const. Soc.cons.32. col.pen.in fin.cum adduct. per Card.Paris.cons.79. in fin.lib.1.

Quod si iudex absq; causæ cognitione prædictũ
13 terminũ statuerit. Et tunc † appellandum est secundum Bar.in d.l.Titia.& in l.2.cum quo trãsit. Alex. ibi nu.17.ff.de re iud. Ang.inst.de excep.in rub.nu. 23.Azo in summa.C.vt nem.inuit.Inn.& Io.And, in c.ad petitionem de accu.Abb. in c.cum in tua in fin.Qui matr.accus.poss.Nic.Boer. dec.255.Quam cõclusionem tempera, nisi iudex extra iudicium &
14 omissa causæ cognitione terminũ statuisset. †.Nam citra appellationem adhuc post terminum deberet
15 audiri. Quia grauamina † extra iudicium illata non transeunt in rem iudicatã. c.legitima de appell. lib. 6.Abb. in d.c. cum in tua.in fin.Georg. Natta in d. Clem.Sæpe col.34.Nic. Boer.d.dec.255.Tempera
16 eam rursus † vt procedat quoties vere non fuit adhibita causæ cognitio. Tamen iudex non præcipitanter, sed cũ aliquo temporis interuallo, licet minori quam exigeret materia terminum statuit,

Tunc

Tunc enim ex quo habet aliquam in se præsumptionem causæ cognitę sententia mero iure valet, ꝑ tex.in c.cum literis,& ibi Abb.de rest. in integ. cũ his quæ exaggerat Card.Pari.cõsi. 29.lib. 1. Et hoc casu necessaria erit appellatio.

Quod si velo leuato & absq; aliqua temporis intercapedine iudex terminum statuerit, tũc talis sen-
17 tentia erit nulla: † Cum aliqualis causæ cognitio,sit de substantia iudicij secundũ magis receptã opinionẽ,de qua per Dec.in l.fin. C.de edict. diui Adria. toll. nu.50.Thom.Ferr. cautel.60. nu. 9.Et Card.
18 Paris. d.cons.79.† Citra igitur appellationem sñtia huiusmodi infirmabitur.l.1.§.1.de fer.vbi glo.& cæteri id notãt. Et l.si expressum.ff.de appell. vbi Cuma.in 4.not.Dec.in c.dilecto.nu.5.de appel.
19 II. Limita vt non cõpetat hæc lex † aduersus diffamantem occasione suæ possessionis.Exempli gratia si dicam te nullum ius habere in re per me possessa, ita limitat Bal.in l.sed & si per prætorem.§.ait prętor col.fin.ff.ex quib.caus.maior. Bal.& Ang.in dict.l.si quis libertatem.§.nam cum quidam per illum tex. Et horum duplex assignatur ratio in dictis
20 locis. Et prima quod † diffamãs occasione suæ possessionis non videtur per calumniam id agere pro qua facit, quod habens possessionẽ licet minus Canonicam, non condẽnatur in expensis: secundum Bellam. dec. 192. quia ex quo diffamator possidet
21 non iniquũ est vt rei partes sustineat † vt alia.s.non oneretur probatione.Pro vt declarant Bar.& Doct. in l.si prius in princ.ff. de no.ope. nunt. hoc enim
22 commodi habet possessio.† §. commodum. inst.de

interd. & l. vti frui. §. 1. ibi vincat iure quo possessores potiores suntl, icet nullum ius habeāt. ff. si vsufr. pet. c. ex literis, de prob. vbi late per Andr. Barb. & per moder. in l. in pari. ff. de reg. iur. Et Franc. a rip.
23 in c. sæpe num. 2. de restitutione spol. † Vbi 12. commoda prosequitur, quę ex possessione suboriuntur, & alia prosequitur etiam Catel. cotta memor. possessionis commoditas.

24 Limita tamen prædicta † nisi quis diffamaret occasione possessionis notoriæ iniustæ. Nam tunc cū sit incolorata possessio, caret omnibus iuris adminiculis: Et talis notorietas tollit effectus prædictos resultātes à possessione. Nam licet regulariter prędo non sit priuandus sua possessione nisi cum causæ cognitione. l. fin. C. si per vim. vel alio modo. c. licet episcopus de præb. lib. 6. id tamen intelligitur quando potest esse dubium de iure possidentis. Secus si notoria sit eius iniustitia, vt p Rom. cōs. 499. Fel. in c. cum olim nu. 11. de re iud. Hipp. sing. 195. Thom. Gram. dec. 81. nu. 11. Hier. Grat. cons. 61. nu. 17. lib. 2. Cass. de resti. spol. decis. 1. in fin. Notoria
25 † enim exceptio nunquā censetur exclusa, etiā stante statuto quod nulla possit opponi exceptio, secundū Bal. in rub. C. de prob. Paul. Cast. consi. 44. lib. 1. Fel. in c. ex parte il. 2. in quinta fall. Et ibi Dec. nu. 13. de offi. deleg. Rip. in l. naturalis. §. nihil cōmune
26 nu. 70. ff. de acq. poss. Limita postremo † nisi possessio cuius virtute quis diffamat esset talis cui ius commune resisteret, vt in casu c. ad decimas, de rest. spol. lib. 6. Tunc enim reus non liberatur ab onere probandi. l. vis eius. C. de prob. Vbi oēs id notant. & Bar.

& Bar.in l.liberis.ff.de liber.causa.Bal.in l.nō igno
rat nu.11.C.qui accus.Inn.in c.1.de his quę vi,me-
27 tusue causa,& dicit Bal. in d. l.vis eius quod † pos-
sessio quæ infringit possessionē nō iuuat possessorē,
Sed dānat, nisi de titulo vel priuilegio doceatur,&
eū cōmendat cōsi.Neap.dec.77.in no.Et huc perti-
net quod possessio quæ sine titulo possideri nō pōt
titulo extincto euanescit vt per Bal.in c.quæ in Ec-
clesiarum.14.col.de const. Matth. Affl. Dec. Neap.
392.nu.18. Dicitq; idem Bal.in l.Titia. ff.sol.ma-
28 tri. † Quod quando status præsens quem indicat
quasi possessio non potest haberi sine priuilegio, &
29 sine præiudicio tertij. † Tunc quasi possessio nun-
quam releuat ab onere probandi,præsens.n. status
habet contra se necessariam veritatem præcedentē.
Quem declarat, & sequitur Iacob. à S.Geor.in l.cir
ca eum. ff.de prob.&.Egi.Bellam.dec.444.

Intellige tamen hæc(ne sim longior) vt pulchre
per Franc.a Rip.in d.§.nihil commune nu.77.

III. Limita vt ita demum transacto termino pos-
30 sit iudex imponere silentium.† Si præcesserit bina
monitio,vt diffamās agat & hæc fuit originalis opi
nio glo.quā ibi extollit Ang.in §.1.in 2.col.in auth.
de hær.& fal. & ī quā sñiam frequētius itū est,& vl
tra ea quæ adducūtur p recētiores hic eandē opinio
nē sequuti sunt, Ang. in tract.malef. & ibi Ang. de
Arim. in eius addit.sup verbo. Necnō ad quærelam
col.11.Fel.in c.licet causam,nu.18.de prob.& in c.
accepimus nu.6.de fide instr.Ias.& Frāc.a Rip.in l.
rem quæ nobis alter in fin.& alter nu.43.ff.de acq.
poss.Matth.de Affl.in tit.de prohib. feud.alien.per

Federic.§.pterea si quis nu.3.& Dec. Neap.144.& idē cōs.Neap.dec.205.in no.Nic.Boer. dec.255.Castell.Cotta vbi &alia adducit ī mem.verb.iudex pōt.

Addi. vide omnino Gabriel de actio.conclu.6.nu.21.in prima limit.& Couaruu.var.resolut.cap.18.num.2.

Quam sententiam confirmat, & altera cōis opinio. Quod.s.vbicunq; agitur de priuando aliquem

31 iure suo † non quidem statim,sed per lapsum anni, vel maioris tēporis,tūc vna sufficit monitio: Quod si agatur de priuatione iuris citeriori tēpore vnius anni, tunc requiruntur ad minus duæ monitiones, vt late per Ias.& alios in Auth.hoc amplius.C.de fi deicom. & per Guliel. bened. in rep. c. Raynutius verbo. si absque liberis nu.201. vbi hanc attestatur cōem opinionem. Sed vltra alios quod requiratur bina monitio pōdero tex.in c.fin. de cler. nō resid.

32 l.† vbi simpliciter requiritur quod clerici moneantur vt resideant, antequam priuentur beneficijs & tamen tex.ille declaratur p tex.in c.ex tuæ.in princ. eodem,vt.s.ante priuationem ter moneantur ad residendum: Ecce igitur quod non sufficit vnica monitio,si de iure alicuius auferendo tractetur, Adiuuatq; eādem opinionem tex.in l.Aemilius.ff.de minor.Ibi venditor denunciationibus vt precium solueretur tutoribus sæpe datis. Et tex. in l.4.ff.de pigno.act. pluresq; alij non dissimiles his casus enumerantur per Fel. in c.ex literis num.7. de const.& Alex.in l.de pupillo. §. si quis ipsi prætori.ff.de no. ope.nunt. Qui & si videātur casus speciales, tamen vbi est identitas causæ & rationis idem iuris est in

33 similibus casibus † Nec tunc procedit text. in l. quod

qđ verò contra.ff. de legib. vt per Iaſ.in l.2.nu.25. ff.de re iudi. Ang.in §.Ius autem, ciuile colum.16. verſic.2.caſu principali Inſtitut.de iur.nat.gent. & ciuili. Fel.in c.tranſlato nu.12.de conſt. Curt. Sen. conſi. 11.colum. penul. Caſſ.de iure patro.deciſ.6.
34 Claud. in l.nõ poſſunt.ff. de legib.†Hanc igitur ſe quimini opinionẽ vti magis cõmunem, ac magis veram quicquid tenuerit Roma.in l. quandiu quẽ nonnulli ſequntur. ff.de acquir. hære. & maxime moderni hic rationibus quidem non inſubtilibus ad quarum reſolutionem antequam deueniam, reſpondebitis, primo loco fundamento Rom.dum dicit, quòd iura allegata per Ang. procedunt quoties iudex aliquem priuat iure ſuo, ex eo, quòd omiſit quid facere, non autem ex eo, quòd omiſit in iudicio agere: Vnde videtur quod non ſit fienda di-
35 cta extẽſio. Quòd ſcilicet, † cum militat omnimoda ratio in vtroq; caſu militat idem Ius, nec dicitur extenſio fieri: ſed ſicut genus comprehendit ſpecies, ſic generalis ratio comprehendit diuerſas ſpecies caſuum emergentium, vt pluchre voluerũt Petr.& Cyn.in l.iura non in ſingulas & in l. quod vero contra.ff.de legib.& Bal.in l. de quibus eodẽ, & in Auth. poſt fratres. la. 2. C.de leg.hære. & in ca. quia. 5. paulo ante fin.de iud. vbi, inquit quod, quę rationis nexus connexuit diſpoſitio iuris, non ſepa
36 rat. † Nec id quidem contigit per extenſionẽ, ſed verius per tacitam diſpoſitionem eiuſdem: vt ſingulariter inqt tex.in l.his ſolis. C. de reuoc. don. Petr. Anch.conſi.96. ſuper dicto, columna prima Paul.de Caſt.conſi.84.colum.2.lib.2.cum ſimili-

bus

bus congestis per Andr. Tiraq. in rep. l. Si vnquã in verbo, libertis num. 37. C. de reuoc. don. & in tract. vtr. retract. Glo. 7. §. 23. nu. 2. & per Card. Paris. consi. 69. num. 164. lib. 3. Steph. de prærog. expect. q. 1. nu. 9. Hier. Gig. in tract. pens. q. 86. Hæc ampliatur, vt procedant etiam in pœnalibus & odiosis ac correctorijs: Intelligendo vt diffusius habetur in dictis locis: Et nota prædicta perpetuo: Nam poteris destruere multas decisiones in materia extensionum, nam multi Doct. æquiuocant in hoc, scilicet, an in aliquo casu sit eadem ratio, vel
37 similis † vbi enim est eadem ratio non dicitur extensio, Secus si sit similis, vt per Paul. Castr. consil. 338. incip. præsens casus, & Alex. consi. 75. incip. videtur lib. 5. quos sequitur Roch. Curt. in ca. fin. de consuet. in 3. requisito versi. vltimo crederem. Iacob. à S. Georg. in l. Iurisgentium. §. quinimo num. 17. ff. de pact. vbi inquit, quod vbicunq; est eadem ratio, ibi non dicitur proprie extensio fieri.

Quo vero ad rationes Moder. hic. Et ad primã,
38 quòd vnica monitio sufficiat † ad constituendum quem in mora. l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. Respõdit, quòd scilicet id procedit respectu vsurarum & interesse: sed in casu huius legis fit interpellatio ad commodum interpellantis. Vt a diffamatione liberetur: Necnon vt lata sententia super impositione silentij diffamans priuetur iure suo: Quæ inter se longo interuallo distant, vt per Socy. qui ita formaliter soluit in l. qui Romæ. §. Cohæredes. ff. de verb. oblig. Male igitur inferunt Moder. ex tam dissimilibus & separatis terminis l. fin. ff. de calumn.

Cum

Gum enim hic tractetur de adimendo iure alterius
39 † cautius, & maturius agendum est. cap. vbi periculum de elect.lib.6.l.nec causas. C.de appellat. Et habetur in pluribus casibus aggregatis, per Doct. in
40 d.l.2.de re iudi. † Et facit etiam, quòd vbicunque ęquitas suadet, Impossibile est regulam non fallere, vt per Franc. à Rip. in l.admonendi nu.50.ff.de iureiur. Curt. Iun. consi. 132. Nam cum diffamans reclamante iuris regula agere cogatur, similiq; modo ratione contumaciæ iure suo priuetur, quæ regulariter non sufficit. l. contumacia.ff.de re iudic. Non ne æquissimum est, vt bis excitetur ad agendū iuxta tex.in l.eum qui.ff. de iureiur. Quæ omnia cessant in casu.d.§. vsuras;

Nec pariter obstat secundum argumentum de l. Si eo tempore. C.de remis.pign. vbi tex.ille nō meminit de bina monitione, sed de vnica tantum, licet ibi tractetur de priuādo creditores de iuribus suis: Nam respondetur multipliciter & in primis, quòd
41 longe sunt dispares termini.d.tex. † à terminis nostræ legis. Si quidem ibi non agitur de omnimoda
42 exclusione creditorum † Cum eis salua restet personalis aduersus debitores, vt per Dec. & Mode. in l.creditor qui, de reg.iur. Franc. à Rip. in l.rem quæ nobis nu.41.ff.de acq.poss. Cuman.consi.19. qui-
43 dam nobilis. † Secus in casu huius l. vbi transacto termino, quocunq; iure remanet creditor priuatus. Nimirum si cautius sit agendum.

Secundo dicitur, quòd creditor ibi lapsu tempo
44 ris excluditur à iure suæ hypothecę. † Quatenus eius aduersarii, quorum nomine proclama emittitur

tur Ius habeant in re; Ias.& Philip. Dec alter num. 25.& alter nu.47.in l.fi.C. de edict. diui Adr.tol. Necnon ibidem Curt.nu.76. Hic verò indistinctè priuatur iure suo.

Postremo dicitur quod etiam in terminis.d.l.Si
45 eo tempore ad hoc, vt creditores † priuentur Iure hypothecæ requiritur etiam bina monitio: Prout illum text. intelligit Franc.à Rip. in d.l.Rem quæ
46 nobis.num.42.Nec est inconueniens† quòd lex, quæ loquitur in singulari trahatur ad plurale. Sicut quod pluralis trahatur ad singulare.§.Si plures vbi casus Inst. de leg.agn.success. Cum aggregatis per And.Tiraq. in rep.d.l. si vnquam verbo susceperit liberos nu.216.Alb.Brun.in tract.de stat.exclu.femi.& cogn.in 6.art.4.memb.q.6.Dec.in c. prudentiam.§.adijcimus nu.2.de const.& in c.accepta num.2.de appell.Et ipsimet Moder.in l. diē functo num.66.de off.assess. dicunt auctoritate Ias. & Alex.ibi quod de plurali ad singulare & econtra
47 plerumq; fit transitus.† facitque quod si inter mercatores dicatur Titius,& Socij. Hoc verificatur ēt in vno socio: Card.Zabar.consil.155. incipit in societate quē sequitur Ias.in Auth.si qua mulier.nu.41.C.de Sacros.eccl.

Id quod maxime procedit quoties sequeretur inconueniens, vel contrarietas, seu quoties eadē ratio militat in vtroque numero, vt habetur in d. decisionibus. Nec quicquam vrget aduersus communem tex.in l. Si ea.C.qui accus. Nam ille tex.indiscriminatim loquitur, nec commemorat magis requiri vnicam quam binam monitionem, qua propter

pter per alia iura supletur, quæ requirunt binam monitionem antequam quis iure suo priuetur prout fere in eisdem terminis respondet Bellam.deci.
48 745.colum.4.versi.quid dicendum.Nam† & tex. in capit.final.de Cler. non residen. indistinctè loquitur dum admonitionē requirit & tamen suppletur à d.ca.ex tuæ,per quod requiritur trina monitio priusquam clerici non residentes amittant beneficia sua.

49 Item ad tertium, dum adducitur † doctr. Inno. in c.G. perpetuus de fid.instr. approbata per Bart. & Doct.in l.2.C.de eden.

50 Quod semel† iussus à iudice exhibere instrumētum.Si non pareat,priuari possit iure ipsius instrumenti,Soluitc quod illa doctrina intelligitur vt ꝓcedat,ad tempus vt per Dec.in cap. primo in fine de prob.Et in l.2.num.11.de eden.cum his,quę tradam infra in Glo.dum allegat text.in l. Sed si per prætorem.ff.ex quibus causis maior. Sed in his terminis agitur de iuris exclusione in perpetuum.Vnde apparet à dissimilibus non bene inferri. Et hæc solutio procedit quatenus non admittamus, quod in casu prædicto requiratur bina monitio. Quod si sequamur sententiam modernorum in d.l.2.tenentium eam requiri iam inane remanebit argumētum & sane quicquid dicant Moder. hic sententia tenentium quod requiratur bina monitio deduci-
51 tur ex illa communi † quod ad priuandum aliquem Iure suo citeriori tempore anni, requiratur bina monitio,de qua supra.

Nec video quod talis suppletio sit contra mentē

aut

aut verba Inno.cum maxime si aliter sensisse Inno. diceremus, dictum eius Diametraliter pugnaret cum prædicta doctorum crebriori sententia.

52 Intellige interim † illud dictum Inn. vt p Phil. Franc. in c.ex ratione, de appell.colum.13.versi.3. quæritur.

Ad 4.dum adducitur.§. si quis autem nō implēs
53 in auth de hær. & Falc. † Respondete ibi non requiri binam monitionem ad priuandum hæredem iure suo. Quia scilicet defectum alterius monitionis suplet tempus, idest lapsus termini anni. Ex mēte Bar.consi.137.incip.statuto. Et quòd hoc operetur ibi longitudo temporis, est etiam de mente omnium tenentium, quòd ad priuandum aliquem iure suo, citeriori tempore anni requiratur bina monitio, secus si vlteriori.

54 Sicut & alias quando † tempus est vnius anni, vel aliud breuius nunquam currit ignoranti, vt voluit Bal. in c.porro in verbo ex quo sciuerit per illum tex, qualiter olim feud.alien.poterat, & in ca. vltimo, & ibi etiam Mart.Laud.& Cardi. Alex. de proh.feud.alien. per Loth.Ias.consil.64. in causa caducitatis.colum.4.versi.2. Requiritur lib.4.Verum diuersum Ius statuitur in casu. §.sinautē quis
55 in auth.de eccl.tit.† Ibi enim maior imponitur pœna cum incontinenti, & sic citeriori tempore anni iure suo priuetur, vt per Gl, in d.§.Si quis autē, verbo admonitus: & ideo nimirum si cautius fuit agēdum: etsi requiratur bina monitio.

Et hinc sequitur, quòd si iudex statuerit terminum ad agendum longiorem anno, non esse necessa-

ſariam binam monitionẽ, vt latius infra. Nec huiç ſolutioni obſtat obiectio Moder. quod in dictis iuribus alia ſententia priuationis non requiratur & conſequenter termini videntur diſſimiles à terminis noſtræ legis. In quibus ſententia requiritur antę quam quis priuetur iure ſuo. Nam licet in caſu, d. §. Sin autem quis, non requiratur ſententia, quæ irroget eam pœnam: vt habetur in d. auth. Hoc am-
56 plius † requiritur tamen, quæ declaret omiſſum, ex quo pœna ipſo iure lata eſt. Sicut & alias, quę de
57 claret commiſſum, & factum ipſum: † Et hæc receptior eſt opinio. Et ſi multi non contemnendæ auctoritatis viri in contrariam iuerint ſententiam, vt docte & abunde declarat Andr. Tiraq. in Repe. l. ſi vnquam, verb. reuertatur nu. 317. cum ſeq. C. de reuoc. donat. Soci. conſil. 12. colum. 2. & conſil. 95. Capel. Thol. q. 440. Steph. Bertr. conſ. 77. viſo proceſſu lib. 1. & conſi. 292. lib. 3. Fel. & Dec. in c. cum nõ ab homine de iud. Hier. Gigas. late in tract. ſuo
58 penſ. q. 178. † Requiritur & citatio ad videndum fieri declarationem, vt per Ruy. conſi. 153. num. 17. libro primo, Dec. In capi. Reprehenſibilis nu. 8. de appellat.

Item ſicut admittitur appellatio à ſententia qua
59 ſilentium imponitur. d. l. Titia. † Ita etiam recipitur appellatio ab huiuſmodi declaratione facti, vt per Fel. in c. Rodulphus nu. 44. de reſcr. & in d. c. cum non ab homine nu. 12. Aufr. d. q. 440. & copioſe reperies in dictis locis. Et ſicut in terminis noſtrę legis ſequitur priuatio iuris. Ita ex illa ſentẽtia declaratoria facti mox ſequitur executio legis, &

tan-

tandem ipsius iuris priuatio. Ex quibus deducitur quod non potest considerari disparitas inter dictos
60 casus & hanc l. Nostram etsi quæ sit † ea est respectu modi procedendi ad executionem; non autem iuris ipsius priuationis. Super quo adest similitudo causę, ac rationis; vt fere in terminis ipsis respōdet Dec. in cap. ex ratione. num. 13. versi. 2. ratio est, &
61 versi. non obstat de appell. † illa enim dicuntur similia, quæ non sunt idem formaliter, licet sint in effectu Bal. per illum tex. in l. qui liberis. ff. de vul. & pupill. cum decisionibus de quibus ibi per Alex. Et in l. Gallus. §. Et quid si tantum. colum. 7. de lib.
62 & post. † Et similitudo est in diuersis causis vel rebus vna vel quasi eadem ratio secundum Baldus in l. de quibus col. 13. vers. Restat videre. ff. de legib. & habetur per omnes in c. translato & maxime per Dec. de const. & per Fel. in c. Capitulū Sanctæ Crucis colu. 2. in fine de rescr. Quæ verba in pulchro casu reassumit. Philip. Corn. consi. 335. incipit. Primum consultationis articulum in penul. col. versi. nam simile lib. 1. Et ex his remanet opinio cōmunis illæsa à morsibus Romani, & Modernorū hic.
63 Quos tamen si sequi malueritis, † Dicite ad. §. si autem quis, super quo fere consistit basis opinionis Angeli & sequentium. Quòd nullo modo potest extēdi eius dispositio ad casum huius legis, & hoc noua ratione & quæ non fuit hactenus ab aliquo ponderata. Quòd & si constitutio pœnalis sæpe extendatur ex eadem ratione, vt supra ostēdimus. Et est Glos. in Clem. prima in verbo prę sidenti de rescript. Imol. & alij. in l. si vero. §. de viro. ff. solu.

ma-

matr.Phil.Franc.in.c.primo de tempore ordi.lib.
64 6.Bal.in consi.486.lib.2.Tamen† cũ pœna priuationis ipso iure imponitur nunquam fit extensio ex eadem ratione, vt per Pan.in.c. vltimo de Iure patron.& in ca.non magnopere colum.3.Ne cler.vel mon.Phil.Dec.in.c.translato in prima lect.col.vltima versi.7.de consti.& concor.adducit And.Tiraquel.in Rep.l.si vnquam verbo reuertatur nu.248.
C.de Reuoc.don.& in tract.vtr.retract.§.35.Glo.
4.num.21.

Amplia nunc dictam communem conclusionẽ,
65 vt non tantum procedat in casu huius legis, sed † etiam in termino præfixo ad excipiendum,vel probandum.Militat enim eadem ratio hoc casu,quę in termino præstituto ad agendum militat.Vt per Ias. in l.fi.nu.19.de fer.& in l.Rem quę nobis in fi. de acq.poss.Fel.in c.Pastoralis nu.6.de excep.& in c.
66 licet causam nu.19.12.Limit.de prob.idq; † generaliter tradi potest vbicunq; tractatur de priuando aliquem iure suo breuiori tempore anni id quod ex prædictis absq; scrupulo,sequitur.

67 Limita nunc dictam conclusionem, † vt nõ procedat in eo,qui interrogatus respondit se nolle agere,tunc enim non est necessaria,secunda monitio, vt per Fel.in c.ex literis nu.9.verb.fallit.9.de cõst. & ratio est. Quia huiusmodi responsio habet vim
68 interpellationis.Et ideo † qui dixit se nolle ad causam venire non est amplius requirẽdus,vt per Ale. i l.qđ te nu.8.si cer.pet.Marc.Ant.Bauer.ĩ tract.de mor.2.parte nu.28. & est cõmunis opinio vt patet ex adductis ꝑ Fel.ĩ c.inquisitionis.§.ad petitionem

de accuſ.col.penul.& ſeq.Franc. à Rip.in c. 1.nu. 83.de iudic. Sadol.in d.l.quod te num.80.vbi tamen diſtinguit.vt ibi per eũ. Quicquid teneat Fel. in c.conſuluit.colum.4.de oſt.deleg. Vbi inaduertenter dixit contrariam opinionem eſſe communẽ. Quod tamen non credit, verum Frãc. à Rip.d.nu. 83. ſi fiat recta computatio Doct. Et ſi de hoc dubitauerit idem Franc.à Rip.in l.2.§. voluntatem nu.
69 25.ff. ſolut.matr.Declara tamẽ quod † iudex interim non debeat ei ſilentium imponere, ſed expectare, vt integer terminus labatur. Poſſet enim pœnitere, & agere adhuc intra tempus præfixum pro vt ſtatutum eſt in eo qui citatur, vt compareat infra octo dies, nam etſi dicit ſe nolle comparere, tamen iudex debet expectare, vt labatur terminus totus, quia poſſet mutare voluntatem & comparere ſecũdum Bal.in l. deberi per illum tex.C.de fideicom. liberta.& in l.cauſam quæ, in prin.C.quom.& quãdo iud.& in c.cum non ab homine, circa fi.de iud. Iaſ.in l.cum ſtipulatus ſum à Proculo, de verb.oblig.in primo notab.& ibi num.13.multis ſimilibus id exornat, & vltra eum facit, quod notat. Bald.in l. ſin.in princ.& Paul.Caſt.§.1.C.de furt.

II. Limitatio vt bina monitio † non ſit neceſſa-
70 ria, quando præceſſit comminatio de non audiendo vlterius elapſo termino, Ita prædicta temperat Fel.poſt dominum Ant.in c. accepimus nu.6.de fide inſtr.Idem erit ſi fiat comminatio, quæ prędictę æquipolleat, puta alias elapſo termino ex nũc pro ut ex tunc impono ſilentium, de cuius cõminationis, vi diffuſius differam infra.

Intel-

71 Intelliges tamen hæc,† nisi iudex adderet, quatenus de iure possum. Hæc enim non esset comminatio, vt per Bal. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. cũ his quæ adducit Fel. in c ad petitionem nu. 20. de accus. & in c. causam quę, colum. 3. de refer. Fran. à Rip. in l. edita nu. 39. C. de eden.

72 III. Limita † vt non sit necessaria bina monitio si binus terminus statuatur ad agendum: vt singulariter per Ang. in Rub. Inst. de excep. nu. 23.

73 Postremo limita vltra alios† vt procedat quoties citeriori tempore anni terminus ad agendum statuatur, quòd si iudex anno vlterius tempus statuerit, tunc non est necessaria secunda monitio, eius. n. defectum supplet lõgitudo temporis. Et hęc limitatio emanat ex communi conclusione, de qua supra, quod ad priuandum aliquem iure suo citeriori tẽpore anni requirit bina monitio, secus si vlteriori.

74 Intellige tamen quòd † huiusmodi monitiones interpellato tempore fieri debeant: vt per Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nunt. & Fel. in cap. ex literis col. 6. versi. fallit. 9. de const. & vtrobiq; optimis rationibus Romani sententia exploditur, & prædicta sequitur etiam Purp.

75 in l. 2. nu. 54. C. de eden. & idem † in confessione quoque geminata voluit Bal. in proœ. C. in fi. Quẽ sequitur Dec. in l. 2. nu. 7. C. de err. calc. Ias. in l. si certis annis nu. 6. C. de pact. Matth. Affl. dec. 285. nu. 12. & prædictam cõclusionem sequitur etiam; & alijs pulcherrimis exemplis exornat Marc. Ant. Bauer. in tract. de mora. in princ. num. 6. cum sequ.

76 & generaliter quomodo requiratur monitio † vt

quis incurrat in pœnas legis Alex.consil.10.lib.7.
Thom.Gram.dec.104.nu.10.& 23.Ias.in l.prima
nu.9.C.de his quibus, vt indign.Matth.Affl.deci.
370.num.8. IIII. Limita vt hæc lex procedat ad-
77 uersus diffamantem sine causa, vt per Bal.in l.si ob
commissa.C.ad l.Iul.de adult.

Intellige, quòd tunc quis diffamet sine causa, quando diffamato nulla possit imputari culpa; in
78 terminis enim huius legis † Præsuponit à diffamato culpã abesse, vt per Purp.ĩ l.2.nu.61.C.de eden.

Rursus id intellige quatenus sup nullo iure fundetur diffamatio secus si diffamans occasione alicuius Iuris præsumptionem calumniæ excludat. Vt in eo euenit. qui occasione suæ possessionis diffa-
79 mat secundum Bal.in d.l.Sed si per prętorem, & dixi supra limitatione secunda.Facitq; tex.noster à contrario sensu cum periniquum esse dicat errore seu malignitate quorundam ingenuorum statũ dif-
80 famari. Quatenus igitur † absit error, vel malignus animus à diffamante, hunc terminum ad agendum iudicem præstituere non erit æquum, repugnante iuris regula: vt nemo inuit.agere vel accus.
81 cog.Sit † igitur cautus aduocatus, vt vel culpam in diffamato probet, vel calumniam abesse, aut errorẽ à diffamante: secundum ea quæ nunc diximus.
82 V. Limita vt beneficium huius legis † excommunicato non competat. Et vltra moder. Hic idem tenet Dec.in cap. intelleximus nume. 16.de iudic. & in capit.cum inter. nume. 12. de excep. Vbi etiam Felyn.num.10.& 26. Alex.in l. Libertus de in ius vocan.Capel.Thol.quæst. 138. Matth.de Affl.
decis.

decis.168.Nic.Boer.decis.255.

Addi. vid. Gabriel d.concl.6.1.lib. nu.15.in 5.limit.

¶ Intellige tamen. Secus esse si excommunicatus ad agendum admitteretur. Tunc enim cum excommunicato valet iudicium.ca.1.§. Si vero de except. lib.6.Doct.in d.ca.intelleximus.Rota dec.718.incip.Dic quod si agatur in Antiq.Aym.Crauet.consi.199.num.12.

Item intellige vt hæc procedant in excõicato maiori excommunicatione, secus si minori, tũc.n. agere posset.c.fin.de cler.excommunica.min.Barb.in rub.de except.in Clem. Idem & comprobandum est in omnibus, qui ex forma iuris vel statutorũ age

83 re non possunt. Vt in bannito quo casu † excommunicatus & bannitus æquiparantur, vt non possint intentare beneficium huius legis per ea, quæ habẽtur per Bart. Ang. Alex. & alios in l.de pupillo. §. Si procurator.ff.de no.ope. nunt.& Paul.de Cast. in §.qui remissionem eadem.l.& in terminis consuluit.Ias.consi.167.num.3.lib.2. vbi tamen allegat. Anto.de Butr.in cap.intelleximus in fi.de iud. Vbi id non dicit. Sed tantum dicit, quod deportati non possunt agere. Et amittunt, ea quæ sunt iuris Ciuilis, quibus tamen banniti nostri temporis non æquiparantur etiam si bona eis publicentur.

84 Nam banniti † nostri temporis retinent omnia quæ sunt iuris communis, & agere possunt. Ita reprobata Glo.in §.relegati Instit. quibus modis Ius patr.pot. sol. tenet Ange.Ibi & Barto.quæst.prima incip. Lucanę Ciuitatis quem sequitur Alexan. in l.prima nume.4.C.de hærę.institu.& in l.ex facto

§. Ex facto colum. fin. & ibi Franc. à Rip. ad Treb. & consi. suo. 26. colum. prima, lib. primo, & consil. 75. colum. prima eodem. & consi. 116. lib. secundo Sign. consi. 119. Paul. de Cast. consil. 16. lib. primo Cor. consi. 55. colum. tertia lib. 2. Curt. sen. cōs. 51. Dux Philip. colum. 15. versi. accedo ad 14. Ancha. consi. 275. incipit Filio suo. Quod procedit etiam respectu Ciuitatis, à qua banniuntur secundū communem sententiam, quam attestatur Franc. à Rip. in d. §. ex facto. Et habetur in prædictis decisionibus. Vnde videtur Ias. propterea id dixisse in termi nis iuris municipalis, pro vt ipsum loqui, colligi potest ex præcedentibus & sequentibus.

85 Limita, nisi † banniti ex forma statuti possent impune offendi. Tunc enim amittunt etiam beneficia iuris communis nō solum iuris municipalis respectu territorij bannientium, secundum Card. Paris. qui dec. adducit consi. 157. num. 19. in 4. Deportato enim tunc æquiparatur. Sign. de homod. consi. 89. num. 3.

86 Limita † quia si statuta denegāt actionem bannitis, non extendunt vires suas extra territorium statuentiū, vt per Card. Paris. consi. 51. li. 1. Et Fran. à Rip.

87 in d. §. ex facto nu. 14. vbi ex hoc infert, bannitū † extra territorium bannientiū non posse offendi ét si offendatur vel capiatur in ciuitate cōfederata, ni

88 si aliter dictum sit in fœdere inito. † licet infamis, vel excommunicatus vbiq; non sit audiendus vt p omnes in l. ex ea. ff. de post.

89 Limita item prædicta in † bannitis banno imperiali, quia amittunt ea quæ sunt iuris communis &

mu-

municipalis, vt p Bar. in l. amissione. §. qui deficiũt ff. de Cap. dimin. & dicit Bal. in auth. habita in ter-
90 tio notabili num. 12. C. ne Fil. pro patre. Quod † bãniti & rebelles sũt extra protectionem iuris cõmunis, Ideo ius eis nõ debet reddi, iuxta notata in l. prima vbi Cin. C. de natural. lib. Rip. in d. §. ex facto num. 18. Bal. etiam cum reliquis in auth. Item
91 quęcunque. C. de episcop. & cleri. dicit† quod per bannum imperiale priuatur quis iuris ciuilis beneficio, & conuersatione fideliũ imperij, vbi pulchre dicit Salice. quòd huiusmodi banniti excõmunicatis æquiparantur, & excommunicati dicuntur laica
92 liter. † Huc quoque pertinet, quòd olim apud antiquos aderant exilia quædam fere similia huic nostrę religionis excommunicationi.
93 Plato enim lib. 9. de legib. inquit: vbi † quis de vi parentibus illata damnatus fuerit, Primum quidem ex vrbe egrediatur, in exiliumq; perpetuum proficiscatur, ac sacris omnibus arceatur: eũ enim qui se non arcuerit agronomi, verberibus cedant, & omnino, vt hi quidem voluerint: reuersus verò ex exilio morte mulctetur. Si quis vero ex liberis hominibus cum tali viro vel comederit, vel biberit vel re alia quacunq; cum tali homine communicauerit, atque adeo, si ei obuiam factus eum sponte tetigerit, neque in templum ingredietur, neque in forum, neque omnino in Vrbem priusquam purgetur: putet enim cum homine scelesto communicasse: probatq; late d. And. Tiraq. in dicto tract. §. primo Glo. 11. nume. 271. cum seq. & Græcorum &
94 Romanorum exemplis† excommunicationẽ hanc

(quam vocamus) ab antiquorum ritibus, legibusq; fluxisse non à diuo Paulo, vt Canonistæ, & Theologi opinãtur: sed tu nõ recedas ab opinione Theologorum, & Canonistarum. Ipsi enim non negant quin ante Paulũ essent genera illa deuouẽdi apud antiquos, Sed huius Christianæ excommunicationis, à Christo institutæ vsum à Paulo fluxisse opti
95 mo Iure aiunt. Sequiturque ex his † quòd beneficium huius legis competit expulsis ab aliqua ci-
96 uitate † relegatis enim æquiparantur, vt per Bart. Alber. & Moder. in §. hæc autem tria, in proœmio digestorum.

97 VI. Limita † vbicunque ex eadẽ causa qua quis intentat beneficium legis competat etiam remediũ ordinarium ad idem, vt consuluit Bald. consi. 241.
98 viso dicto puncto lib. 5. † Remedium enim hoc est extraordinarium, vt per Bald. in d. l. Sed si per pretorem colum. fin. vers. in Glo. quę incipit Fel. in
99 c. signi. nu. 4. de testi. † & per consequẽs cessat, quoties iure communi possit esse succursum. l. prima. §. per hanc. ff. de rei vendi. l. in causæ la 2. in princip. ff. de min. Laur. Calc. late consil. 75. nume. 45. Imploratur enim hic officium iudicis aduersus tritissimam regulam, vt nemo inuit. age. vel accus. coga.

100 † Quo casu non incurrit extraordinarium cum ordinario, licet secus esset in officio extraordinario, secundum iuris regulas inducto Abb. in capit. ex parte il 2. colum. fin. de rescript. Innocen. in cap. conquerente num. 2. de officio ordin. Guido Papa cons. 105. Ias. in l. in prouinciali. §. primo colu.

col.fin.de no.oper. nunt. & in §. præiudiciales nu. 34.Inst.de act. Quoties enim remedium extraordinarium est inductum secundum iuris regulas, censetur adinuentum in auxilium remedij ordinarij, vt per Sali in l.si causam.C.de excep.rei iud. Ioan. Ferr.in form.lib. in actione reali in glo. super verbo, quare ex officio Guido Papæ consi. 114.

101 Intelliges autem prædicta † nisi dispositio huius legis vtilius vel pinguius prouideret quàm remedium ordinarium, per ea quæ tradit Abb. in d.c. ex parte vbi etiam Dec.in fin. Ang. in l. 1.§.per hãc.ff. de rei vend. Fel.in c.significauit in 4.notab.de test. Geor.Natta in Clem.sæpe.colum.32.de verb.signi. Franc.à Rip.lib. primo de legibus cap.primo num.

102 46.videtur autem pinguius prouidere,† si in altero non grauaretur onere probandi, vel sufficerent leuiores probationes, vel si plenius prouideret, puta quia per vnum plus consequeretur quam per alterum, vt colligitur per Bar.& Ias.in l.in prouinciali.§.primo in fin.ff.de noui ope. nunt. Bar.in l. Aemilius num.3.de min.Bal.Sali.Franc.Aret.in l.fin. C.si aduer.rem iud.Ias..in l.prima. §.primo. num. 11.ff.de noni ope. nunt. Rom.consi,220.colum.4. versi. tertio quia.

103 Rursus intelliges (in summa) † secundum limitationes quæ traduntur ad regulam illam, quòd vbi competit remedium ordinarium, cessat extraordinarium, de quibus late per Ias.in dicta l.in prouinciali.§.1.& habetur in dictis decisionib.

104 VII. Limita vt nõ detur aduersus silentem. † secundum Bal.in Marg.ad Inn. verbo silentium, vbi

inquit,

inquit, quòd si debitor nihil dicit, cessat assignatio termini & impositio silentij: si vero diffamat, tunc si quidem de causa status, procedit hæc lex. Si de crimine, tunc si in iudicio, assignatur terminus ad agē-
105 dum dicta l. si ea, & l. Titia, & c. licet beato Petro. † Quòd si extra iudicium, & extra faciem iudicis: Et tunc diffamans tenetur actione iniuriarum. l. item apud Labeonem. §. quod. in cœtu, de iniur. verum si ex verbis diffamatoriis oriatur controuersia posses-
106 sionis: † & tunc agi potest vt. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. centum, in glo. de lib. leg. quæ verba ad intellectum huius legis cōmendat. Geor. Natta in Clem. sæpe, in princ. col. 3 5. de verb. signi. Et eandem distinctionem facit idem Bal. consi. suo 216. viso dicto puncto lib. 5.

Intellige vt aduersus silentem non detur nisi iudicio fundato super aliquo diffamatore Silens citetur, per ea quæ dixi supra ampl. 21.

Intellige etiam quòd detur actio iniuriarum, secundum ea quæ dixi supra ampl. 19.

107 VIII. Limita hanc materiam, vt ita demum † terminus præfixus ad agēdum currat, si præsenti prefigatur: Secus si absenti nisi à die notificationis per nūtium, vel per epistolā. l. 2. C. vbi in rem. act. & ibi hoc notant Bal. Paul. Cast. & alij. Bal. in l. si ea num. 16. C. qui accus. Bar. Bal. Paul. Cast. Ang. Alex, & Ias. in l. Labeo, ff. de iureiur. Franc. à Rip. in l. rem quæ nobis num. 42. ff. de acquir. poss. & in l. dies. §. hoc autem iudicium num. 58. ff. de dam. infec. Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decretum num. 58. ff. de off. proconf. Paul. Cast. Ang. & Rom. in l. fin. de fer.

Alex.

Alex.in l.1.nu.8.ff.Si quis caut. & in l.qui absenti
108 in fin.princ.ff.de acquir. poss.† Necnon à die quo
potuit componere sarcinulas.l.ab hostibus. §. sed
quod simpliciter.ff. ex quibus causis maiori. Vbi et
tale tempus reputatur tempus impedimenti, vt per
Paul.Cast.& Alex.in dicta l.prima num.11.& regu-
lare est, vt postea debeat notificari quicquid fieri po
test absente parte, vt per Bal.in l.eos.§.Apostolos.C.
de appel.& in auth. ei qui.C.de tēporibus appella.
cum his quæ citat Phil.Dec.in c.bonæ, num.22. de
appell. Nec interim dies termini computatur in ter
mino vt per Bal.in d.l.si ea nu.16. vbi gl.allegat c.
quisquis in verbo ex ea 4.q.5. Et eam sequitur etiā
Alex.in d.l.Labeo.in fin.Bal.& Alex. in dicta l.pri.
109 num. 8.† id quod porrigitur etiam ad dilationem
datam ad probandum, vt per Nic.Boer.decis.283.
num.33. Quod tamen fallit in dilationibus expe-
ctatoriis quæ semper conceduntur absenti Franc.à
Rip.in l.dies, §. hoc autem iudicium.num.9.ff.de
damn. infect.

110 IX. Limita quòd si quis veniat post terminum,†
& ostendat se fuisse iusto impedimento occupatum
adhuc audiatur. c.fin. qui matr. accus. poss. Et l.ob
commissa. C. ad l.Iuliam de adul. Fel. in c.gratum
num.3.de offi.deleg. Difficultas enim tunc prodest
cum de damno euitando tractatur, vt hic: secus si
de lucro, vt vult glo.in l.4. C.de vsufr. per tex.in l.
vxori de vsufr. lega. & in l.2. & ibi notat Bal. C.de
vsuris & fruct.lega. Franc.à Rip.in l.quòd te, num.
50.ff.si certum pet. Andr.Tiraq.in tract.vtr.retract.
§.primo glo.10.num.120. & ideo difficultas excu-

sata pœna, & à mora vt per Doct. in d. l. quod te Crotus in l. 4. §. Cato. nu. 65. ff. de verb. oblig. Hier. Gig. in tract. pens. q. 75. Et ad hæc optime quadrat quod communiter concluditur per Can. in c. nos quidem, per illum tex. de testam. Quod tempus datum hæredi ad exequẽdum est vnius anni, quo elapso priuatur iure suo, nisi superuenerit aliquod iustum impedimentum, & consuluit etiam Federicus de Sen. cõsi. 29. incipit, Casus talis est testator. Quẽ sequitur Bal. in l. id quod. nu. 13. C. de Epis. & Cler. Panor. consi. 41. Incipit venio ad primum lib. 3. & consi. 60. incipit viso testamento in vlti. col. lib. primo Ias. in auth. hoc amplius num. 60. C. de fideic. Idem ius erit si impedimentum sequatur facto aduersarij, vt late per Nic. Boer. dec. 40. num. 9.

112 Intelliges tamen primo loco, † quod si impedimentum illud sit facti, terminus ipso quidem iure currat. Sed ope restitutionis in integrum impedito consulatur. Nec tunc procedet regula text. in l. fin.

113 C. de An. excep. † Quæ procedit quoties quis impeditur agere impedimẽto iuris, iuxta Bar. distinctionẽ in l. vnus §. fi. ff. de seru. rust. præd. Quam cõiter sequutur Doct. in c. ex transmissa, de præsc. & in c. ex ratione, vbi præsertim Dec. nu. 4. de appell. Capel. Thol. q. 76. Et copiosius habetur per Moder. in tract. præscr. in prima par. sextæ partis princip. in

114 22. casu col. 2. & seq. † Quodq; in termino hominis currat tempus, sed detur restitutio in integrum tenet Fel. in cap. cum inter priorem. nume. 20. versicu. Limitat. secundo, de excepti. Guido Pap. quæst. 64.

 Intel-

115 Intelliges 2. loco. † Quòd huiusmodi restitutio in integrum, fiat tantum pro rata impedimenti, quapropter superueniente impedimento per duos dies, non restituetur nisi ad duos dies, & sic subducitur tempus impedimenti de medio, & est communis opinio, pro vt attestatur Balb. prædicto casu, 22. Nico. Boer. decisi. 294. Quam tamen ego intelligo nisi impedimentum duorum dierum abstulisset cōmodum totius termini, vt per Paul. de Cast. in l. fin. nu. 10. ff. de fer. Et late per Ias. in l. si ita stipulatus essem nu. 13. & in fin. ff. de verb. obli.

116 Quam conclusionem † limitabis primo nisi impeditus fuisset in culpa nimis se arctādo l. 2. §. quod diximus: vbi late oēs. ff. si quis caut. & habetur in l. cum postulassem. ff. de damn. infec. Capel. Thol. q. 302. Hip. sing. 243. vbi tamen hoc limitat procedere in pœna pecuniaria licet secus ī pœna corporali.

117 II. limitabis † quod non sufficiat probare impedimentū nisi probetur diligētia & conatus ad illud tollendū l. qui cōmeatus, & ibi Bar. ff. de re mil. Bal. in c. pri. de præscr. Fel. in c. cum inter. nu. 19. de excep. Fel. Card. Pari. & alij in c. ex trāsmissa de pręsc. Dec. in c. ex ratione num. 19. de appel. Matth. Affl. dec. 50. Idem Card. Paris. consi. 34. nu. 19. lib. 1. in quibus locis plenissime hæc materia examinatur.

Intellige tamen id nisi notoriū esset quod omnis iligentia fuisset frustratoria vt per Doct. in dicto c. x transmissa Nic. Boer. dec. 40. nu. 7.

III. limitabis † dummodo si impedimentum oriatur facto iudicis, tunc requiratur etiam protestatio: si vero oriatur casu fortuito accidente in perso-

personam eius qui debet actum gerere, & tunc non sit necessaria, licet semper cautum sit protestari, vt per Bal. & Alex. in l. properandum. §. si autem vtraque, de iud. Matth. Affl. dicta dec. 50. & Nic. Boer. dec. 40. Ias. & Alex. i l. de pupillo. §. si quis ipsi prętori. ff. de nou. ope. nunt. Franc. à Ripa in tract. de peste, sub rub. de priuil. d. nu. 26. Card. Paris. dicto consi. 34. nu. 20.

Addi. communem esse opinionem quòd protestatio de impedimento requiratur, vt quis rectè excusari valeat. & tradit D. Menoch. consi. 100. num 118. & 107. lib. 1. de qua testatur Rota, vbi mox dicam post Ruin. cons. 138. omissis num. 4 lib. 5. quo loci pluribus modis limitat, quamuis hanc communem Rota non seruet: quinimmo protestationem nullam requiri conclusit in vna Conchen. Capellanię de Belmonte 16 Nouemb. 1552. coram Didaco, prout habemus in recollectis sui temporis, Caputaquen. in 2. parte vers. impedimẽtum decis. 2. seu 73. quam decisionem intelligo procedere quando impedimẽtum est iustum, sed quando esset iniustũ, tunc vel protestatio requiritur, vel quod constet ex illo in iusto impedimento, vel iniusta causa, ius suum quẽ amisisse iuxta Alex. cons. 103. num. 13. lib. 1. prout tentum obseruaui in vna Bononien. domus de bacchis, coram R. P. D. meo Aldobrand. 16. Decemb. 1577. Incip. Domini dixerunt. Paul. Granut.

Quam conclusionem sublimita, nisi notorium esset impedimentum, vt per Matth. Affl. d. dec. 50. Nic. Boer. d. dec. 40. num. 7.

119 IIII. Limitabis quatenus † impeditus potuisset adeundo iudicem remouere impedimentum, tunc enim si fuit negligens in eo remouendo, currit sibi tempus absque spe restitutionis, vt plene per Fel. in d. c. ex transmissa col. prima vbi Card. Paris. col. 3.

&

& Franc. Balb. in d. tract. 22. casu, num. 23. cum his quæ congerunt Moder. in l. qui potest, de reg. iur. Vbi tamen hoc ipsum intelligunt, quatenus impedimẽtum de facili remoueri possit. vt latius ibi per eos, vltra quos idem tenet Dec. in c. in nomine Domini, in 5. nota. de testi. Neguz. in tract. de pign. 6. parte. memb. 3. nume. 30. Soci. Inno. consi. 76. nume. 81. lib. primo Gom. super Reg. Cancell. de trien. poss. q. 71.

120 Sed an in terminis huius nostræ l.† impedimentum probetur per iuramentum impediti? Et quod hoc totum remittatur arbitrio iudicis, crebrior est opinio: qui considerabit quantitatem & grauitatẽ præiudicij: & qualitatem impedimenti: & an fuerit in loco longinquo & solitario vel non. Item considerabit qualitatem personæ impeditæ: & an sit bonæ famæ, & si ei videbitur aliquando iuramentum defcret, aliquando plenam probationem exiget, vt per Marc. Anto. Bauer. in tract. de virt. & vir. iur. nu. 65. vers. 4. principaliter. Guido Pap. q. 64. Capel. Thol. q. 447. in fin. Dec. in c. ex ratione, nu. 16. de appel, Imol. in c. penul. in fin. de test. Alex. in d. l. 2. §. quod diximus, Iacob. à S. Geor. in l. exceptionibus. §. cum quis. ff. de prob. Imol. in l. quæsitum. ff. de re iud. In his tamen quæ sunt modici præiudicij iudex debet arbitrari iuramentum deferendum esse

121 parti, vt per Aymon Crau. consi. 182. nu. 15.† Cũ igitur in terminis nostris agatur de magno præiudicio & de priuatione iuris alterius, quæ valde est odiosa, vt inquit Bal. consi. 312. præsupposito quòd. lib. primo. Iudex non debebit arbitrari iuramentũ

defe-

deferendum prout etiam consuluit Card. Paris. consi. 108. num. 11. lib. 4. D. a Rota decis. 5. de iureiur. aliàs. 303. in antiquis Gom. Reg. Cancell. de trien. poss. q. 56. Quod tamen limita, nisi impedimentū esset difficilis probationis Bal. cons. 308. lib. 4. Sign. de hom. consi. 19. col. 3. Nic. Boer. qui & alios citat dec. 294. num. 16.

122 Intellige tamen in primis † quod in omnibus casibus in quibus iuramento partis impedimentum
123 probatur nisi semel sit à iudice deferendum. † Sacramentalis enim probatio non nisi semel admittitur l. fin. ff. de bon. auct. iudic. poss. Bal. Angel. & Alex. in l. 2. §. quod diximus. ff. si quis caut. Paul. de Cast. & Angel. in l. veluti. §. fin. ff. de eden. Marc. Anto. Baue. prædicto tract. nu. 65.

124 Intellige secundo nisi † allegans impedimentum sit alias periurus, vt per Alex. d. §. quod diximus nume. 4. Iacob. à S. Geor. in d. l. in exceptionibus. §. cū quis vbi etiam adducit vnum singulare dictum Bal. in auth. ei qui iurat. C. de bon. auct. iud. possi. vbi
125 inquit † Quod si quis fuerit releuatus ab onere satisdādi propter iuratoriam cautionem si semel fuerit periurus nunquam postea releuabitur ab onere satisdandi mediante iuratoria cautione. Quod est notandum ad limitationem Auth. generaliter. C. de Episc. & Cler. Et hæc commendat Fel. in c. pastoralis nu. 27. de excep. vbi & alia tradit huc spectantia.

126 Quinimmo etiam † requiritur q; sit honesta persona, & consonet allegatum impedimētum ex qualitate facti, vt per Hip. in l. pri. in princ. num. 35. ff. de quæst. Soci. Ion. consi. 79. nu. 14. lib. 1.

Intel-

127 Intellige tertio, † quòd possit probari contrarium, vt per Iaſ. in ſ. ſed iſte. nume. 14. Inſt. de act. And. Tiraq. in tract. vtr. retract. §. 4 glo. 1. num. 7. quo in loco infinita propemodum ad hanc. q. pertinentia congeſſit.

128 Intellige quarto, † quòd iuramentum veniat à iudice deferendum, aliàs non releuaret. Ita admonet Alex. in dicto ſ. quod diximus, Bar. conſi. 72. & facto proponitur Iacob. à S. Geor. in l. in exceptionibus. ſ. cum quis, in fin. de prob.

129 Poſtremo hæc intellige † procedere in impedimento contingente in perſona partis, verum ſi contingat in perſona iudicis, ſatis erit probare ſuã præſentationem ante tribunal, nec habet neceſſe alibi perquirere. Bar. in l. 1. in fin. ff. de diuer. & temp. præſcrip. Franc. Curt. ſen. conſi. 24. col. pen.

130 Sed an ſi ſtatutus terminus ſit ad agendum † pauperi qui non egit ex eo quod non haberet vnde impenſas litis faceret, poſſit adhuc elapſo termino audiri? Et ſane iuſtum impedimentum eſt paupertas debebitque audiri. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantis. ff. mand. Dec. poſt Inn. & Abb. in d. c. ex ratione vbi concordantes adducit. And. Barb. in c. ſignificantibus nu. 6. de pign. Caſſ. de appell. dec. 6.

131 Huc etiam ſpectat illud de ſtatuto, † quòd appellãs ſoluat quinque pro centenario, alias appellatio ſit deſerta, quod ſi quis appellauerit qui paupertate victus nõ ſoluerit gabellam ſeu vectigal. Non tñ propterea eius appellatio remanet deſerta, ſecundum Bal. in l. 2. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut. in fin. vbi refert Guliel. de Cun. in l. eos. §. ſuper his. C.

de appell. dicere a se liberatum vnum pauperem à pœna furcarum, quod est memoria dignū. Id quod ēt adnotauit Mates. notab. vlti. Et Crem. sing. 121. cum aliis concord. adductis per Alex. in d. §. si quis. & per Ias. post glo. & alios in l. inuitus, ī vltima col. C. de procur. Fel. in c. significantibus col. 1. de offi. deleg. cum exaggeratis per Hip. in pract. sua causarū criminali. §. ordine nu. 12. & Cast. de appel. dec.
133 6. † vbi idem extendit ad impedimentum morbi alicuius, vt vel excusationem pręstet, vel præbeat iustā causam restitutionis, & habetur p oēs in l. quęsitum. ff. de re iud. Card. Paris. con. 102. in fin. lib. 4. confirmanturq; prædicta ex eo ēt quod ille qui pp paupertatem non soluit, nō incidit in excōicationē aut periurium, vt per Matth. de Affl. in titulo, quæ sit prima causa benef. amitt. §. nec est alia nu. 89. & Sadol. pulchre in l. quod te nu. 100. ff. si certum peta. vbi tamen hoc temperat dūmodo promittat vel satisdet de soluendo cum potuerit, iuxta sententiam Bal. in c. 2. in pri. col. de rescript. Item vt hoc procedat respectu reatus periurij tantum, non autem ipsius actus, ex quo non fuit seruatum iuramentum, vt latius per eum ibi.

Intellige postremo dummodo pauper qui vult se excusare probet ex sequenti tempore acquisiuisse diuitias, aliàs non videretur fuisse pauper tempore citationis & processus, secundum Bellam. dec. 40.

134 Limita tñ prædicta non procedere † in paupere qui ex culpa sua incidit in paupertatem, per ea quæ tradit Io. Andr. & alij maxime Fel. nu. 43. in c. quæ in ecclesiarum de const. Hip. d. §. ordine. Ias. ī auth.

res

res quæ num. 22. C.communia de lega.

135 Confirmaturque † hoc ẽt ex eo quod si aliquis propter malos mores nõ reperit fideiussores nunquam statur iuratoriæ cautioni,ita dicit singulariter Bal.in auth.cui relictum in 3.col.C.de indicta vid. toll.quẽ sequuntur Cano. in c.qua fronte de appel. Ias.in l.1.nu.2.C.de proc. Catel. Cotta in suis memora.verb.cautio cum fideiuss.Matth.de Affl.in titu.quæ sit prima causa beneficij.amit.§.Nec est alia nu.95.& hæc etiam vera sunt in pauperibus respe-

136 ctu bonorũ,secus si inspectis malis moribus.† Nã etiam pauperes censentur qui malis moribus imbuti sunt. Bal. in l. humilem in fin. C. de incest. nupt. Soci.consi.17.supradicta causæ positio. col.penult.

137 lib.1.† Mali enim mores excusare nũ solent, quod aduertit etiam prædictus Catell.Cotta in verb.paupertas excusat.

Facitque quod debitor detineri potest tanquã suspectus de fuga,qui malis moribus imbutus sit,qui sint ordinati ad fugam vel ad dilapidationem bonorum, vt per Curt.in tract.de sequest.quæst.6.nu. 29. vbi decisiones allegat.

138 X.Limita dummodo iudex in termino exprimat causam,pp quam mouetur ad terminum præfigen-

139 dũ. Regulare.n.est ꝙ † vbicunq; iudex aliquid facit contra regulas iuris, causa est exprimenda.ita in terminis de iudice prorogante vel abbreuiante terminũ tenet Abb.in c.1.de dilat. Aufr.Capel.Thol. q.197.Fel. in c.1.num.24.in fin.de const.Fel.in c. cũ sit Romana in 2. col.limita.8. & ibi Dec.nu.27. de appellat. Fel. late in cap. super literis num. 22.

versic. 10. regula de rescri. & rursus in cap. primo, num. 7. de re iud. Dec. in cap. Rex Francis. num. 5. de prob. Ias. in l. properandum. §. siue autem alterutra num. 10. C. de iudic. Paul. de Cast. in l. fin. §. & hoc quidem. C. de iure delib. Purp. in l. prima nume. 8. C. de eden. Rom. consi. 499. in præmissa. colum. 2. in primo, Alb. Brun. consi. 114. nu. 369. Ias. & Iacob. à S. Georg. in l. properandum. §. illo proculdubio in principio. C. de iudic. Paul. de Cast. in l. fin. nume. 5. de Feriis. Neuiz. in silua nupt. fol. 24. colum. 2. in fin. Alex. in l. 2. num. 13. de re iud. Frãc. à Ripa in l. dies. §. hoc autem iudicium nu. 55.
140 ff. de damn. infec. vbi † consuluit iudici reiicienti exceptiones tanquam calumniosas vt causam suæ suspicionis in interloquutoria exprimat, iudex enim
141 deuiare non debet † à iuris tramite propter præsumptam calumniam nisi esset ita patens quod excipiens vix eam posset negare, secundum Bal. in l. prima in penult. & vltima col. C. qui accus. Matth.
142 Affl. deci. 371. nume. 7. † Et ita puto limitandam communem illam conclusionem quòd iudex ex officio possit repellere exceptio. es, quas suspicatur calumniosas de qua per Fel. in c. ex parte il secundo in princ. de offi. deleg. Curt. sen. consi. 66? versi. capio nunc aliam dubitationem col. 4. Thom. Gram. consi. 49. nu. 15.

143 Facitq; c. Quintauallis, de iureiur. vbi † iuramẽtum de exhæredando cẽsetur illicitum, licet aliquo casu possit esse licitum.

Facitq; id quod dicit Ant. de Butr. in c. perpendimus 7. colu. de sñtia excõicationis, vbi per illum

144 tex.† nota quòd sufficit sententiam ostendere in se euidentem iniquitatem, licet casualiter possit saluari. vt igitur tollatur iniquitatis præsumptio, nimirũ si iudex debeat exprimere causã motus animi sui, licet alias sit fatuus iudex qui causam & motum animi sui ponit in sententia, quia illa causa posset reperiri falsa & ita sententia redderetur nulla secundum Imol. in l. si is ad quem. ff. de acquir. hære. Iacob. à S. Geor. in d. §. illo proculdubio.

Non defuerunt tñ qui in contrariam iuerunt sententiam. Nam Spec. in tit. de accus. §. 1. versi. quid si
145 iudex dicit † quod vbicunque reperitur iudicẽ alterasse pœnã iuris communis, id præsumendum est ex causa factum. quem sequitur Fel. (in hoc sibi male constans) in c. qualiter il secundo nu. 45. de accu. Et in c. sicut nu. 17. versi. cæterum, de re iud. & opinionem hanc sequuntur etiam Purp. in l. si quis maior. in 7. notab. Et Hier. Cagn. nu. 114. C. de trans.
146 Prior tamen opinio magis cõmuniter recipitur. † Et ideo in his terminis appellandum admonet Fel. in c. sicut. nu. 18. versi. 4. limita de re iudi. Dec. in c.
147 consuluit in fine de appel. Purp. in d. l. 1. nu. 8. C. de eden. Qui autem hanc posteriorem sententiã sequuti sunt, decepti videntur in intellectu Bart. in l. quid ergo. §. pœna aggrauior. ff. de his qui not. infa. secundum Dec. in c. consuluit, il primo in fin. de appel. & in c. cum sit Romana nu. 17. eodem.
148 Intellige † quod non sufficiat expressio causæ nisi etiam de ea constet in actis, vt per Dec. in c. cum inter, nume. 12. de except. Fel. in dicto cap. sicut num. 17. & in cap. super literis num. 17. de rescri.

149 Rursus † intellige quod prudenter facit iudex si interloquatur causam de qua in actis fuisse, & esse iustam vt per Inn. & Ioan. Andr. in c. ad petitionem de accus.

XI

150 XI. limita † vt etiam post impositum silentium ex superuenienti iure quis aduersus victorem agere possit. glo. est singu. in c. licet beato Petro. verbo de cætero de accus. Quam ibi sequuntur Abb. & alij scribentes. Et idem tenet Inno. in cap. cum nostris col. 3. versi. item fatendum de conces. præb. facitq; tex. in l. hæreditatis. C. de pet. hæred. & in c. aduersario de excep.

ADDI. Gabriel de action. concl. 6. vndecima limit. nu. 39.

151 Postremo limita, vt ita demum † diffamâti statuatur terminus ad agendum quatenus diffamet de iu-
152 re suo, secus si diffamet de iure tertij, tunc enim † cum verba huius l. non conueniant, non conuenit etiam dispositio l. 4. §. totiens. ff. de damn. infect. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accus. Dec. cōs. 410. nu. 7. & in l. si fugitiui num. 49. C. de ser. fugi. cum exaggeratis per Hip. Mars. sing. 339. Hier. Cagn. in l. si quis maior num. 9. & 12. C. de trans. Et hoc casu frustra is cogeretur ad agendum quem constat
153 nullam habere actionem, qua experiatur. † Nemo enim sine actione experitur l. si pupillus. §. videa-
154 mus. ff. de nego. gest. Et ideo † lex debet intelligi de diffamante qui sit habilis, & possit ius suum in iudicio deducere, & super quo possit perpetuum silentium imponi. † Verba enim quantumcunque
155 generalia restringuntur de habilitate l. vt gradatim. §. primo. ff. de mun. & hon. Bar. in l. prima. §. nun-

ciatio.

ciatio. Et ibi reliq.ff. de noui ope.nunt cum his quę aggregat Iaſ. in l. quodcunque. ff. de verb. oblig. Et habetur per omnes in l.penulti. C. qui admitti.
156 Iaſ. in præludiis feud. nume. 97.† Et ideo ſi diffamet procurator de iure principalis ſui, fruſtra pe-
157 tetur ei ſtatui terminus ad agendum, Tum quia † geſta procuratorio nomine ad pœnam aut illicitũ, non obligant dominum niſi præcedat mandatum vel ſubſequatur ratificatio. Et eſt communis concluſio Doct. in l. vnica. §, ſi procurator. ff. ſi quis ius
158 dicenti nõ obtemp. Bellam. dec. 551. Nam † in generali mandato ſemper dolus cenſetur exceptus l. creditor. §. lucius. ff. mand. Iaſ. in l. ſi ſic. num. 36. de leg. primo. Soci. in l. prima in fin. ff. ſol. matrim. & conſ. 131. colum. 4. lib. primo. Cum adductis per Card. Pariſ. conſi. 96. num. 25. lib. tertio, & Moder. in l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. Procurator enim tunc dicitur, cum bene gerit. l. pri. ff. de offi. procura. Cæſa. vbi hoc notat Iacob. à S. Geor. per illum tex.

Tum quia hoc caſu diceretur, prorſus diffamare
159 de iure tertij, † Quod ſaltem ex cauſa diffamationis non eſt deducibile in iudicium. Id quod tamen
160 non † procederet in procuratore in rem ſuam dif-
161 famante aliquem: Procurator enim † in rem ſuam dicitur principalis. Et cauſa eius dicitur propria l. 1. §. in propria. ff. quando appel. ſit Iaſ. in l. ſi ſe non obtulit nu. 7. ff. de iud. cum adductis per Hier. Gra. conſi. 33. lib. 2. & ei vt quaſi domino competit vtilis rei vendicatio probato dominio auctoris Bel-
162 lam, dec. 734. Qua propter † procurator in rem

ſuam, non eſt proprie procurator nec continetur in ſtatuto faciente mentionem de procuratore.glo. eſt ordi. in l. prima in gloſſa magna verbo aliena.ff.de proc. Per quam ita dicit Bal. in l. prima in 5. quæſt. C. de act. & oblig.& i l.qui ſtipēdia.C.de proc.Iaſ. in l.iuſiurandum.§.procurator.ff.de iureiu. Fel. in c.licet num.2.de offi.deleg. Iaſ.& Franc. à Rip. in
163 l. ſi ſe non obtulit.ff. de re iud. Ibique † ceſſionarium procuratorem in rem ſuam dici affirmant reſpectu exercitij directarum, quas neceſſe habet exercere procuratorio nomine cedentis,quæ nota in practica. Quilibet enim prima facie reſponderet contrarium,& ex facto per Doct. non vulgares qui ad prædictas deciſiones non aduertebant,vidi conſultum quod ſi ex diſpoſitione ſtatuti admittatur procurator ad aliquid petendum. Multo magis id procederet in procuratore in rem ſuam,ratione iuris quod habet ad rem ipſam petendam, longe validioris quam habeat procurator ſimplex.Pro quorum opinione maxime facere videbatur, vltra eos, bona glo.in l.penulti.in glo.prima. C.de manum.
164 vind. quæ iuncto text. † probat quod ſi quid expediri non poſſit per ſimplicem procuratorem poterit tamen per procuratorem in rem ſuam: vbi etiam Odofr. & cæteri id notant, & Doct. in l. cum proponas. C. de dol. & in l. prima, vbi præſertim. Odofr.in fin. C.com. de manum. Verum hæc non militant in ſtatutis, vbi verba & proprie, & ſtricte ſunt intelligenda vt dicunt Iaſ. & Franc. à Rip.
165 in dicta. l. is qui ſe obtulit, † nam procurator in rem ſuam dicitur ſecundum quid procurator, & non

166 non simpliciter † Et propterea improprie per ea, quæ tradit. Dec. in l. velle & in l. qui per successionem de regu.iur. Ias. in l. Patris, & Filij, nu.3. ff. de vulg. & pup. Franc. à Rip. in l.1. num. 101. ff. si cert. pet. Aret, in l.1. §. per seruum. ff. de acq. poss. vbi id ampliat etiam in his quæ iuris sunt. Et regulariter

167 † verba simpliciter prolata non intelliguntur secundum quid, nisi subiecta materia aliter dictaret, & eadem ratio competeret in eo quod est tale secũdum quid Bald. in l. Spadonem. §. qui accipit. ff. de excu.tut. Paul. de Cast. consi. 241. col. fin. in antiq. Soci. cons. 129. colum. 4. lib. 1. Hier. Cagn. in Rubri. ff. si quis ius dicen. nu. 17. & 22.

Nec illud interim silentio est inuoluendũ, quod aliqua particulari ratione † aliquando procurator simplex id potest. Quod tamen denegatur procuratori in rẽ suam, vt in casu legis, qui ita. §. 1. ff. ad tre

169 bel. vbi Glo. Bar. & scribentes notant† Restitutionem ex Trebelliano procuratori simpliciter fieri posse, Procuratori autem in rem suam non posse, & ibi rationẽ diuersitatis annectunt. Et in l. sancimus in princ. C. ad Treb. Bal. in l. si mulier. §. ex asse. per illum tex. ff. de iure dot. Ang. in §. sed quia colum. penu. Inst. de fideic. hæred. Guliel. Bene. in repe. c. Raynutius, verbo si absq; liberis, il secondo nu. 67. de testa. Catell. Cotta in memor. Verbo fideicommissum potest. cum igitur procurator in rẽ suam sit loco domini indubie diffamatio iusta causa erit vt ei (saltem respectu iuris sui) imponatur perpetuum silentium.

Iudex

SVMMARIVM.

1 IVdex quis, an diffamati, vel potius diffamantis sit adeundus.

2 Prouocans in casu leg. in tribus. ff. de iud. qualiter actor consideretur.

3 Magis communiter receptum est vt diffamans conueniatur coram iudice diffamati, etiam si diffamans esset clericus.

4 Oblatio & depositio pecuniæ fienda est per debitorem mandato illius iudicis, qui de causa illa aliàs cognoscere deberet.

5 Testes ad æternam rei memoriam coram quo iudice sint examinandi.

6 Qui iurauit soluere vsuras forensi pro absolutione à iuramento, adibit iudicem suum.

7 Sponsa si velit petere licentiam discedendi à Sponso, petet coram suo iudice.

8 Intentans beneficium huius legis ex reo non efficitur actor & reorum quibuscunque gaudet prærogatiuis.

9 Qui agit ad remouendum impugnationem sibi factã, vel petit tenutam, aut sequestrum reuocari, rei partibus fungitur, & dicitur se defendere.

10 Qui oneratur onere probandi, eo respectu dicitur actor.

11 Pruocatus, qui alium prouocat ad iudicium dicitur sustinere partes prouocati.

12 Intentans interdictum ne vis fiat ei, potest dici actor & reus diuersis respectibus.

13 *Quot modis quis dicatur se defendere.*
14 *Intentans beneficium huius legis, poteſt diuerſis reſpectibus conſiderari tanquam actor, & tanquàm reus.*
15 *Qui prouocat ad duellum dicitur actor.*
16 *Petens pronunciari ſuper exceptionibus ſibi competentibus, conſideratur vti actor, & reus diuerſis reſpectibus.*
17 *Appellans reus qua ratione dicatur actor.*
18 *Qui aduerſario petit ſilentium imponi, non proprie nec merus actor eſt. ibid.*
19 *Aliud eſt quod quis ſit actor, vel quod fungatur vice actoris.*
Licet qui cogitur probare intentionem ſuam dicatur ſuſtinere partes actoris, non tamen proprie. ibidem.
20 *Licet reus teneatur probare exceptionem ſuam, non tamen hoc reſpectu dicetur proprie actor.*
21 *Agens conditione ex hac lege dicitur prius prouocatus.*
22 *Si appellatio extra iudicium interponatur, & appellatus agat, non dicitur actor ſed reus.*
23 *Intellectus remiſſiue ad l. in tribus. ff. de iudic.*
24 *In dubio quis iudicandus eſt potius reus quàm actor.*
25 *Attenditur cauſa primordialis ad iudicandúm, an quis ſit actor vel reus.*
26 *Vniuſcuiuſque contractus ſpectandum eſt initium & cauſa.*
Iudex ſtatuendo terminum ſe pronunciat competentem. ibid.
27 *Coram quo iudice reus petere debeat declaratoriam*

ſuper

super exceptionibus sibi competentibus.

28 Si diffamatus intra terminum agendo petat, id quod sibi deberi putat coram alio iudice, vtrum ei obstabit exceptio litis pendentis coram alio, coram quo fuit conuentus hoc remedio.

29 Libellus in hac lege qualiter sit concipiendus.

30 Intentans huius legis beneficium non potest concludere alicui inhiberi ne agat vel ne petat.

31 Agi non potest ex hac lege ad declarationem alicuius iuris.

32 An differant inter se remedium huius.l.& officium iudicis, quod imploratur ad declarationē exceptionum alicui competentium.

33 Caueat libellans ne dicat diffamantem ipsum diffamasse iniuriæ causa, tunc enim cessat remedium huius legis.

34 Quando possit in libello concludi, quod alicui imponatur perpetuum silentium.

35 Si in libello concludatur ad factum negatiuum apta erit conclusio si petatur silentium imponi secus si ad factum affirmatiuum.

36 Si reus petat pronūciari super suis exceptionibus tūc optime concluditur ad impositionem silentij.

37 Idem est dicere peto silentium imponi, quod peto me non inquietari.

38 Quare Rota semper absoluat cum impositione perpetui silentij.

39 Silentium imponere nihil aliud est quam audientiam denegare.

40 Reus qui non possidet nunquid possit petere alicui silentium imponi.

41 *Si ille cui petitur silentiũ imponi compareat in termino, & porrigat libellũ, an prima petitio resoluatur in vim simplicis citationis & exceptionis.*

42 *Iudex qua citationis formula diffamantem vocabit, vt libello veniat responsurus.*

43 *Diffamator citatus si ad iudicium non veniat an sit iterum citandus ad videndum sibi terminum statui ad agendum.*

44 *Iudex terminum ad agendum statuere potest vel per nuntium præsentem, vel etiam absq; nuncio.*

45 *Diffamatio est probanda nec sufficit eam allegare sicut & cæteras causas, quæ iudicem moueant ad statuendum terminum ad agendum.*

46 *An satis sit probare vociferationẽ diffamantis vel vulgo, vel in cœtu hominum vel coram paucis.*

47 *Diffamatus, an quis dicatur coram iudice, & quid si non existeret in figura iudicij.*

48 *Diffamatus vtrũ quis dicatur per banna publica, vel monitorias criminosas.*

49 *Nunquid sit necesse probare quod ex iactatione diffamantis aliqua sit secuta infamia apud bonos & graues.*

50 *Iudicis arbitrio remittitur quot dierũ debeat esse terminus per eum præfigendus alicui ad agendum.*

51 *Regula quod tempus à lege non determinatum remittatur arbitrio iudicis late exornatur.*

52 *Iudex eum terminum statuere debet ad agendũ quẽ*

52 *lex statuit in eodem vel simili casu.*

52 *Arbitrium iudicis primo regulatur à lege, secundo à consuetudine, his deficientibus procedendum est de similibus ad similia.*

54 Si

54 *Si iudex eundem terminum statuat quem lex statuit, an dicatur iniqua dilatio.*

55 *Iudex arbitrij sui virtute dare poterit minorem terminum quàm lex ipsa det.*

56 *Iudex in termino statuendo ad agendum rationẽ habere debet temporis, ætatis, personarum, locorum, valetudinis, & qualitatis negotij. Ita quod omnia iudicis arbitrio temperentur.*

57 *Iudex quando sumit informationes, an possit procedere parte non citata.*

58 *An ordo Iudiciarius sit seruandus per iudicem qui procedit ad se informandum.*

59 *Iudex an possit sumere informationes à testibus inhabilibus.*

60 *Iudex quando possit terminum incertum statuere.*

61 *Si iudex nimis breuem terminum statuat ad agendũ, an liceat appellare.*

62 *Appellatio regulariter non impeditur, si iudex perperam, ac non recte arbitratus fuerit.*

63 *Iudex in arbitrarijs & quæ suę volũtati posita sũt, non debet grauare partes.*

64 *Voluntas in ratione consistit, & ideo debet esse bona & non mala.*

65 *Iudex in arbitrarijs debet habere æquitatem ante oculos.*

66 *Appellanti incumbit onus probandi causam grauaminis.*

67 *Terminus aliquando præfigitur actui extraiudiciali, aliquando iudiciali.*

68 *Terminus aliquando statuitur ad libellum offerendũ, aliquando ad eius prosecutionem, aliquando ad pro*

secuti

secuti probationem, aliquando vero ad audiendum sententiam.

69 *Moram purgare licet quandocunq; ante impositum silentium etiam si terminus elapsus præfixus fuisset ad agendum per proclama.*

70 *Termino elapso qui fuerat statutus ad producẽdum instrumenta, vel proponendas exceptiones, si ius aduersarij non sit factum deterius, licebit moram purgare.*

71 *Ius partis quemadmodum intelligatur factum deterius.*

72 *Termino dato ad probandum, elapso licebit adhuc in continenti moram purgare.*

73 *Cõminatio posita in assignatione termini de vlterius non audiendo seu illi æquipollens, comminatio moræ purgationem impedit.*

74 *Comminatio de vlterius non audiendo elapso termino seu illi æquipollens, purgationem moræ non impedit, si fiat sine causa.*

75 *Regulariter non valet iudicis comminatio absq; causa.*

76 *Appellandum est à comminatione quæ fieri non debeat.*

77 *Moram purgare non licet, si iudex in termino statuendo dicat, ex nunc si in termino non egeris, pronuncio te non esse audiendum.*

78 *Verba ex nunc prout ex tunc, & econtra operantur quod præsens tempus videatur inesse futuro, & econuerso.*

Moram purgare non licet in termino legis. ibid.

79 *Terminus ad agendum an sit peremptorius.*

no ampliatur, & limitatur remissiue.

95 An tertius pro suo interesse si sponte compareat sit admittendus post elapsum terminum.

96 An super eisdem articulis, & publicatis testibus liceat tertio comparere pro suo interesse.

97 Terminus ad agendum prefixus per iudicem potest prorogari.

98 Prorogatio non dicitur fieri termino finito.

99 Si transacto termino iudex dicat, prorogamus vsque ad tale tempus, actus valebit in vim nouæ dilationis.

100 Si nullo dato termino iudex diceret, prorogamus tibi terminum ad probandum, valet dilatio inspecta mẽte iudicis.

101 Prorogatio termini non debet fieri absque causę cognitione.

102 Terminus præfixus de consensu partium alteri inuita prorogari non potest.

103 Iudex an teneatur etiam inuitus terminum ad agendum statuere.

104 Appellari potest si parte petente iudex nõ faciat ea quę sunt posita in eius arbitrio, vt faciat vel non faciat ex causa.

106 Sicut potest appellari à nimis breui dilatione, ita multo magis à denegata.

107 Si mulier diffamet aliquem occasione dotis, an aduersus eam dabitur remedium huius legis.

108 Lex generaliter loquens, an comprehendat causã dotis & personas, ac causas priuilegiatas.

109 Specialia seu priuilegia non sunt ad alios casus trahenda.

110 Dos non est priuilegiata in casu tituli ff. de his, quæ in fraudem creditorum.

111 Dictum illud celebre Sali. in l. vltima. C. de iure dotium an sit indistincte verum.

112 Communis opinio quod. l. generaliter loquens nõ cõprahendat causam dotis restringenda est, vt procedat tantum in casibus, in quibus dos specialiter reperiatur priuilegiata.

113 Non est iudicandum secundum communem opinionem, quoties bonis rationibus conuincitur falsa.

114 Doctores distinguentes præsumuntur magis dicere veritatem.

115 Dotis causa quando dicatur pia.

116 Dos dicitur debita pauperi, si mulier non habet vnde honeste viuere possit, secundum statum & conditionem suæ personæ.

117 Regina etiam potest dici pauper, attẽta qualitate suę personæ.

118 Fauore dotis seu alterius cuius libet pię causæ, alteri non debet fieri iniuria.

119 Sententia qua silentium imponitur vxori diffamanti, non nocet marito.

Donatio Dotis facta marito non reuocatur propter ingratitudinem vxoris. ibid.

Si propter delictum vxoris fiat confiscatio bonorum eius, reseruatur vsusfructus marito, ibidem.

Delictum proprietarij non obest vsufructuario quousque durat vsusfructus, ibidem.

Domus vsufructuarij non potest deuastari propter delictum proprietarij, ibidem.

120 An diffamatio patris occasione bonorum filij, & silen-

lentium patri impositum noceat etiam filio.

Pater non secus, ac si esset Dominus deducit Ius filiorum in iudicium. ibidem.

121 *Pater ratione iuris sui etiam ante litem contestatã procuratorem constituit.*

122 *Filius non debet portare iniquitatem patris.*

123 *Donatio facta filio non reuocatur propter ingratitudinem patris.*

124 *Pater filiorum non est legitimus administrator nisi in casibus in quibus ei quæritur vsus fructus.*

125 *In casibus in quibus patri non quæritur vsusfructus saltem ei debetur commoditas quædam.*

126 *Silentium prælato impositum propter eius diffamationem ecclesiæ non officit, nisi durante vita prælati.*

127 *Donatio facta Ecclesiæ, an reuocetur propter ingratitudinem prælati.*

128 *Prælatus non soluens canonem pro re, quam Ecclesia habet in emphiteosim, cadit in commissum durante ipsius vita tantum.*

129 *Protestatio patris an sit iusta causa, vt cogatur infra terminum de iuribus filiorum experiri.*

130 *Pater non censetur in dubio actum facere administratorio nomine filiorum, nisi id exprimat.*

131 *Iudex sub qua formula debeat concipere verba suæ sententiæ, in terminis huius legis.*

132 *Sententia qua terminus ad agendum statuitur, an sit interlocutoria.*

133 *Qualibet assignatio termini est interlocutoria.*

134 *Sententia qua terminus statuitur ad agendum poterit.*

136 Interlocutoria quo ad iudicem nunquam transit in rem iudicatam.

137 Iudex abſq; rationabili cauſa reuocare non debet interlocutoriam.

138 Interlocutoria geminata reuocari non poteſt.

139 Sententia qua ſilentium imponitur, an ſit interlocutoria, vel potius diffinitiua.

140 Receptior eſt opinio quod ſententia qua ſilentium imponitur ſit diffinitiua.

141 Controuerſia Doctorum, an ſententia qua ſilentium imponitur ſit diffinitiua fœdere diſtinctionis cõcordatur.

142 Sñia conſideratur dupliciter, vt diffinitiua.

143 An ſententia qua ſilentium imponitur in poſſeſſorio iudicio ſit diffinitiua.

144 Sententia in poſſeſſorio vbi expectatur quęſtio in petitorio eſt interlocutoria.

145 Silentium ſuper poſſeſſorio impoſitum donec de proprietate agatur dicitur ſilentium facti, & non iuris.

146 Sententia lata ſuper poſſeſſorio regulatur vt diffinitiua.

147 An appellare liceat à ſententia qua ſilentium imponitur.

148 Sententia qua ſilentium imponitur qualiter ſit executioni mandanda.

149 Sentẽtia qua ſilentium imponitur et ſi ſecum trahat ſuam executionem, tamen ſtatus appellantis integer eſſe debet.

Sententia trahit ſecum ſuam executionem in pluribus caſibus de quibus hic remiſſiue, ibidem.

QVS-

QVESTIONES.

DISCVTIENDAE Modo sunt nõnullę quęstiones admodum quotidianę. Quæro igitur in primis quis iu-
1 dex sit adeundus,† An diffamati auxilium huiusce nostræ legis implorantis,an potius iudex ipsius diffamantis? Et sanè Paul. de Cast.à nemine memoratus in l.in criminali, la prima. C.de iurisd.omniũ iud.inquit quod si Vicentinus vult, agere conditione huius legis; vel petere assignari terminum Paduano, debet hoc petere coram iudice Paduani,quia in hoc Vicentinus est actor. Vnde si hæc peteret coram Vicentino traheret reum coram iudice imcompetenti,& esset locus dictæ legi, in criminali: Eadem ratione,Idem fuit decisũ per cõsi. Neap.vt per Matth.Affl.dec. 268. quã decis. etiam sequitur Card.Paris.in c.in præsentia col.10. de prob.Et cum ea videtur transire.Nic.Boer. dec. 255.& eam referendo sequitur Deci.consi.487.Et consi.686.

2 Confirmatq; hanc sententiam † quod prouocãs in casu legis in tribus de iud.dicitur actor respectu ordinationis iudicij.Sed non decisionis secundam Mates.not.ex quem commendat Ias. in l. de pupillo.§.qui procurator nu.4.ff.de noui ope.nunc.Cõtraria tamen sententia magis cõmuniter recipitur:
3 † Vt patet ex adductis p Ale.consi.103. lib. 2.vbi id ampliat ẽt,vt procedat aduersus clericos. Si aduersus eos p Laicos intẽtet beneficiũ huius legis: q ẽt

sequitur & pluribus medijs corroborat de quibus statim consi.Neap.dec.18.in no.Fel.in c.ea quæ in princ.de re iudi.Et in c.sinautem,col.fin.de testib. Georg.Natta in Clem.sæpe colu.36.cum adductis per Moder.hic:& vltra eos consuluit etiā Ro. cōsi. 412.Incipit pro habenda,& Aret. consi. 143.colu. 8.versi.Venio igitur ad tertium: Nicol. Boer.decis. 114.cōsi.Neap.d.dec.18. vbi pluribus medijs hāc sententiā defendunt. Et in primis ex eo, quòd eleganter dicit Bal.in l.acceptam.q.14. C. de vsu.vbi
4 inquit † quod depositio, & oblatio pecuniæ fienda per debitorem ad impediendum cursum vsurarū, fienda est mandato illius iudicis, qui de causa illa alias cognoscere deberet: Et hoc dictū Baldi commēdat Alex.d.consi.103.& consi. Neap.d.dec.18. & Nic.Boer.d.dec.114.nu.9.Et reassumit Ias.in l. cum hi.§.si prætor ad fin.ff.de trans.vbi Bar.& alij
5 Doct. † Idem dicunt in testibus qui examinari debent ad perpetuam rei memoriam:Et tradit etiam d.Catel.Cotta in suis memo.verbo iudex causæ p̄parantis.Et consi.Neap.d.dec.18.

Idem dicimus in eo, qui iurauit soluere vsuras
6 forensi.† Nam pro absolutione à iuramento adibit episcopum suum,& non forensis. Quia originaliter est reus: l.ap.alleg. 10. quem sequitur Abb. in c. si quis contra clericū de for.comp. & cōs.Neap.
7 d.dec.18.† Idemq; iuris erit in spōsa,quæ si cōtraxerit spōsalia nulliter,& velit petere licentiā discedendi ab illis,non debet eam petere corā iudice viri,sed suo,ex quo corā eo veniret principaliter cōuenienda super matrimonio. Abb.in c.ex parte in

2.col.

2.col.de resti.spol.consi.Neap.d dec.18.libuit hęc similia referre, quia sunt pulchra, & prima facie quilibet respondisset cōtrarium. Verum vltra alios ego hanc sententiam * amplector alia cōmuni opi-
8 nione, quòd scilicet intentans conditionē † ex hac lege absolute non efficitur ex reo actor: Et ideo quibuscunq; reorum gaudet pręrogatiuis, ac in dubio venit absoluendus, vt per Dec.abunde, & Moder. in l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.& eundem Dec.in c.Cum inter nu.14.de excep.& in ca.ex literis nu. 7.de prob.Host.in summa de mutu.pet.§.qualiter procedatur in fin.Guido Papa consi.118.& consil. 114. Dec.consil.3. circa fi.Et consil. 487.& consil. 686. Alc.reg. 3.præsump.44.

*Addi. Quam sententiam secutus fuit & Gabriel de actio. conclu.6.lib.2.num.41.13.limit.vbi nu.42. rationem affert.post Couaru. var.resoluc.capi 13.sub nu 4. vbi nu 6.moueri questionem quid si diffamatus duos habeat Iudices.

Non obstat modo fundamentum tenentiū contrariam sententiam, quod scilicet sit actor, qui intētat conditionem huius legis: Saltem respectu huius iudicij, & controuersiæ, an competat hoc remediū. Nā nō tn̄ valet consequentia in his terminis: ergo forum rei sequitur per tex. vbi casus in l.non cogē-
9 dum.§.fin.de proc.† Vbi ille qui agit ad remouendum impugnationem sibi factam, licet alium prouocet ad iudicium, tamen dicitur reus, & rei parti-
10 bus fungitur, ac etiam † dicitur se defendere, vt ibi per Bar.Bal.Paul.Cast.& alios præsertim Ang.qui dicit quod ille, qui petit tenutam, vel sequestrū reuocari dicitur se defendere, & defensoris partes su

11 ſtinet, licet grauetur onere probandi† cuius oneris reſpectu dicitur actor. l. in exceptionibus de prob. Idem dicit Ang. in l. non cogendum. §. ſi procuratori. ff. de procur. Et ibi Paul. de Castro & alij. Huc etiam ſpectat, quod dicunt ſcrib. in l. de pupillo. §. qui remiſſionem, per illum tex. de noui ope. nunt. Et maxime Paul. de Castro. Qui dicit, quod licet quis prouocet aliquem ad iudicium, tamen ex quo
12 ipſe prius fuit prouocatus † debet ſuſtinere partes prouocati, & ibi Iaſ. id ipſum extenditur vt procedat etiam in prouocatione extraiudiciali: & rurſus tradunt Bart. Paul. Caſtr. Imol. & Angel. ac re-
13 liqui in d. l. de pupillo. §. ſi procurator, quod † ille qui intentat interdictum, ne vis fiat ei poteſt dici actor & reus diuerſis reſpectibus, Et tribus mo-
14 dis † quis dicitur ſe defendere. Primo largiſſime: Et tunc quicunque eſt in iudicio dicitur defendere, etiam ſi verus ſit actor. l. fallaciter. C. de abol. Et probat text. noſter hic ſecundo modo large quicunque poſſeſſor interpellatus, vt in dicto. §. ſi procurator: Tertio modo proprie & ſtricte quilibet ad iudicium prouocatus, vt l. in tribus de iud.
15 l. & minores. C. ſi aduerſus rem iud. † Licet igitur qui intentat beneficium huius noſtræ legis eo reſpectu poſſit conſiderari, tanquam actor, in reliquis tamen differentiis rei partes ſuſtinet, ex quo prouocatus ipſe prius fuit ad iudicium, & hoc reſpectu Deci. dicto conſilio 487. & conſilio 686.
16 in materia duelli dicit † quod ille qui prouocat dicitur actor, ad quod tantum adduxit prædictam deciſio. Matth. de Affl. 268. & Alexa.

con-

17 consilio.70.numero.4.libr.7. dicit † quod qui petit pronunciari super exceptionibus sibi competentibus hoc respectu dicitur actor. Sentiens quod in reliquis nihilominus reorum gaudet prærogatiuis.
18 † ita etiam appellans hoc respectu dicitur actor, licet in effectu excipiat, vt per Ias.in l.1.ff.de re iudi. num.34.Franc.à Rip.in l.4.§.Cato. num.84.ff.de verbo. obliga.

19 Concludite igitur, quod † ille qui aduersario petit silentiũ imponi nõ est merus actor, vt per Card. Paris. consil.83. volu.2. Bal. vero consi.173. lib.2. dicit, quod non est proprie actor: Et aliud est quod quis sit actor, & aliud quod fungatur vice actoris. Vt in terminis per Dec.in c.cum inter. num.14. de excep. Ita & alias qui cogitur probare intentionem suam dicitur sustinere partes actoris, vt per Pau. de Cast.in l.si prius in princi. vbi etiam Ias. num. 13. & cæteri scrib.de noui ope. nunt. Non tamen pro-
20 prie aut vere dicitur actor: nam reus † cogitur probare exceptionem suam, vt per Ias. in l. non solum. §.sciendum de noui ope. nunt. Angel.Inst.de adop. §.illud proprium in fin. Imol.in c.super eo, nume. 8. de test. cogen. non tamen hoc respectu reus erit proprie actor. vt p Dec. in dicto cap. cũ inter, dicto num.14. Non obst. d.l.in tribus. Nam vltra superius dicta procederet quoties quis nõ fuisset prius pro-
21 uocatus, verum in casu nostro † agens conditione ex hac lege dicitur prius prouocatus, ita dicit Ias. in d.l.de pupillo. §.procurator num.4.& est etiam
22 de mente Ang.ibidẽ.& dicit pulchre. Bal.† quod si appellatio extra iudiciũ interponatur, & appellatus

agat

agat non tamen dicitur actor, sed reus, quod est notandum secundum eum in d.l. non cogendum. §. si
23 procurator. Præterea ille † text. potest etiam aliter euitari intelligendo eum, vt per Gom. Inst. de act. §. quædam in princi. Rursus pro prædicta communi
24 opinione facit quod in dubio † quis debet iudicari potius reus, quam actor Alb. in d.l. non cogendũ §. fin. Bal. in l. instrumenta col. fin. C. de fideicom. Dec. in cap. primo num. 40. de prob. licet titubans id affirmare videatur, Confirmatur etiam nam ad
25 iudicandum † an quis sit actor, vel reus, principiũ causę inspicitur. Cum igitur diffamatus attenta eius origine sit naturaliter reus, quod ex accidẽti prior prouocet ad iudicium, non debet attendi, vt per gl. in c. ex insinuatione in glo. 3. de procur. sequitur, Dec. in d.c. cum inter. d. num. 14. & in c. ex literis
26 nume. 7. de prob. & d. consi. 3. in fin. Ita & alias † vniuscuiusque contractus spectandum est initium, & causa. l. si procuratorem. ff. man. Bal. in l. fin. nu. 3. & ibi Sali. oppos. 8. C. de contr. emp. Rota dec. 860. penes Titium in antiq. Deci. consi. 83. nu. 3. Soci. consi. 170. colum. penult. & consi. 291. col. 4. Ex quibus omnibus sequitur quod & si actor quis aliquo respectu possit cõsiderari, tamen in reliquis reorum priuilegiis vtitur, & successiue quod intentãs remedium huius legis possit adire iudicem suũ.
27 Quæ conclusio procedit † etiam si reus super exceptionibus peteret declarationem fieri, iuxta glo. in d.l. si contendat, vt per Alex. d. consi. 103. & Soci. d. consi. 93. & consil. Neap. dicta decis. 18. Nico. Boer. d. decisi. 114. Et illud interim nota quod iudex

dex qui ſtatuit terminum ad agendum vel excipiendum, videtur ſe pronunciare competentem, vt per Barb. in Clem. excommunicationis nu. 19. de except.

II. Quæro quid ſi diffamatus plures iudices habeat, & coram vno conditionem huius legis inten-
28 tauerit, † vnde diffamans intra terminum agendo, petit id quod ſibi deberi putat coram alio iudice, vtrũ obſtabit exceptio litis pendentis? Et ſane Geor. Natta in d. clem. ſæpe. colum. 36. non auſus eſt decidere hanc quæſtionem. Soci. autem. conſil. 94. libro tertio, decidit electionem actoris eſſe, & ideo cauſam eſſe remittendam ad iudicem per creditorem electum, & idem tenet Marian. in cap. penul. de for. com. colum. 12. verſi. 12. quæro contrariam ſententiam tenet dominus Io. Bapt. de ſancto Seuer. in Rep. l. omnes populi in 14. col. de iuſt. & iur. quem ſequitur Fel. in c cum ſit generale. nu. 6. de for. comp. & idem videtur tenere Capitius licet ſubobſcurius dec. 18. in fin.

29 III. Quæro nunc † quomodo ſit concipienda libelli formula? Et ex ſententia Ang. in rub. Inſt. de excep. num. 24. verſi. 2. fallit. Necnon Baldi, & Sali. hic. Ac etiam Georg. Natta in d. Clem. ſæpe colum. 35. & Nic. Boer. dec. 255. num. 9. Ita erit concipienda. Nam in primis narrabis diffamationem ſtatus, vel iuris tui, ſeu aliam ſimilem iuſtã cauſam, quæ ſufficiens ſit ad mouendum animum iudicis ad decernendum terminum ad agendum. Secundo petes diffamanti ſeu aliter vexanti, terminum ſtatui ad agendum, & eo non agente pronunciari

non

non esse audiendum, & eidem imponi perpetuum silentium.

30 Intellige in primis † quod nullo modo possit concludi alicui inhiberi quod non agat, vel non petat, actio.n. negatoria non competit in his personalib. l.egi.& l.harum.ff.si ser.vend. domini à Rota. dec. 305.in antiq.nam hac nostra. l.non ad aliud agitur
31 quam vt diffamator † à diffamatione cesset:nec pôt peti pronuntiari super aliquo iure suo: Secundum Inno.in cap.causam nu.6. Et ibi Ioan. And. col.2. qui sil.sint legi.& Inno.in c. conquerente in princ. de offi.ordi. vbi etiam Io.And.colu.3.versic. Item quia, Bal. in l.sed si per prætorem.§.ait prætor col. fin.ff.ex quibus caus.maior. & procedũt hæc etiam ex mente Paul.de Cast.in d.l.2.de ord.iud.& videtur de hoc tex.si subtilius pensitetur in c.licet.§.nos igitur de accus. ex quibus etiam necessario sequi-
32 tur † longe inter se distare remedium huius legis,& officium Iudicis, quod imploratur ad declarationem exceptionum,de quo etiam late disseruimus su-
33 pra Amplia.17.Illud interim etiam admoneo† Ne in libello mentionem facias,quod animo iniuriandi quis te diffamet, nam proprio te iugulo iugulares: cessat enim tunc dispositio huius legis,vt osten dimus superius limit.6. Et consuluit Bald. d.consi. 241.viso dicto puncto,lib.5.

34 IIII. Generalius quæro† quando possit concludi in libello silentium alicui implorato iudicis officio imponi,circa quod distingue latius: Loquimur enim aut de libello actoris,aut de libello rei. Primo casu refert aut concluditur ad factum negatiuum.

Puta quod me non turbes,& est apta conclusio,con
cludere : quod tibi imponatur silentium ; aut con-
35 cluditur ad factum affirmatiuum,vel ad dandum.†
Et tunc esset inepta conclusio : aut loquimur in li-
bello rei,quando petit pronunciati super suis exce-
36 ptionibus .† Et tunc optime concluditur ad impo-
sitionem silentij,vt per Bal.in l.fin.,C.vt lit.pen.&
in l. 3.in fin.C.qui bon.ced.& Sali.hic, Bal.in l.2.
C.ne fil.pro pat.Dec.in c.solicitudinem num.2.de
appel.Ange.in rub.Inst.de excep. num.23. Dec. in
37 c.in præsentia nume.4. de prob.Vbi etiam † dicit,
idem esse dicere,peto silentium imponi, secundum
Canonistas,quod peto me non inquietari. Et ibidē
38 late Barb.col.20. hinc Rota † semper absoluit cum
impositione perpetui silentij,vt per Cass. super re-
gu. Cancel. dec.2. Quia scilicet trahendo reum in
causam, satis impetiit actor, & molestauit eum: Et
ideo potest & debet actori super huiusmodi mole-
stationibus, & impedimentis perpetuum silētium,
imponi.c.licet,de prob.Rota decis.120.in no.& si
maius sit dubium,an silētium debeat imponi acto-
ri,nihil omnino probanti,vt per Bellam.dec.547.
qua in re forte posset distingui,quod si nihil omni-
no sit actitatū,tunc silētium actori super principali
non sit imponendum quod si terminus ad probādū
fuerit statutus, vel à lege,vel ab homine,& tunc dif
finitiue reus sit absoluendus,& actori debeat silen-
tium imponi,per ea quę tradunt Bal.& Phil.Franc.
in cap.cum sit de regul.iur.in vi.& Moder.in l.Fa-
uorabiliores nu.23. de reg.iur. sublimitando vt per
Hip. sing. 69. Silentium autem imponere secundū
legistas

legiſtas, nihil aliud eſt quam audientiam denegare. cap. primo. §. ſi quis autem. de pace conſt. & ibi pulchre Bal. declarat quem ſequitur Gom. Reg. Canc. de trien. poſſ. q. 58.

40 Intellige tamen dummodo† reus qui petit ſilentium imponi poſſideat, vt per Bal. in l. 4. C. qui bon. ced. poſſ. quem ſequitur Nic. Boer. d. deciſ. 255. num. 10.

41 V. Quæro quid ſi ille † cui petitur ſilentium imponi compareat in termino, & porrigat libellum, an petitio reſoluetur in vim ſimplicis citationis & exceptionis, & tamen ſuper 2. petitione procedetur? Et ſane ſuper 2. procedi tradunt Aret. Dec. Card. Pariſ. & alij in c. in præſentia per illum tex. de prob. & Ang. in rub. Inſt. de excep. num. 23. verſi. aduer. tas quod ſatis. Soci. conſi. 94. nu. 6. lib. 3. Card. Pariſ. conſi. 81. in fine lib. 4.

42 VI. Quæro quæ erit formula citationis? † Et ſane iudex viſo libello citari faciet diffamatorem ad contradicendum ſi defenſionibus ſuis confidat, vel per æquipollens, puta ad opponendum ſi diffamationem ſuam defendere confidat. Quod ſi diffamator ad iudicium non veniat neque legitimis cauſis

43 excuſetur, † & tunc iudex iterum eum citabit præſcripto tempore ad vidēdum ſibi terminum ſtatui, intra quem ſi non experiatur de iure ſuo, nunquam de cætero ſit audiendus: Et hæc eſt praxis quæ colligitur ex doct. Inno. in c. cum G. Perpetuus de fide inſtr. de qua per Iaſ. & alios in l. 2. C. de eden. iu-

44 dex † autem terminum ad agendum ſtatuet, vel per nuntium præſentem, vel etiam abſque nuntio. cap.

 quo-

quoniam Abbas. Vbi hoc notat. Pan. & Dec.de offi.deleg.

45 VII. Quæro quomodo † probanda sit huiusmodi diffamatio, non enim sufficit allegare iustas causas quibus iudex statuat terminum ad agẽdum, sed etiã oportet illas probare, vt in terminis per Rom. consi.53. Anch.consi.333. Alex. consi.45. colum.
46 fin.lib.pri. Nic.Boer.d.dec.255. Et † satis erit probare vociferationem diffamantis, vel vulgo, vel in cœtu hominum, vel coram pluribus, vel etiam corã paucis.l.item apud Labeonẽ. §. si quis libello.ff.de iniur. per quem text. ita consuluit Soci. consi. 45. visa appellatione colum. prima. Et late Bar. Paul. Cast.Imol. Alex.Ias.Et reliqui in l.Turpia in princip.de lega.primo. Ange. Inst.in rub.de excep.nu. 23. & not. etiam Bal. hic & Nico. Boer. d. decis. 255. num. 7.
47 Idemque iuris erit si probetur diffamatio† facta coram ipso iudice, etiam non existente in figura iudicij vt per Ang. in d.rub.num.22. Geor.Natta in Clem.sæpe colu.35.versi.dubium tamen, in princi. Nic. Boer. dicta dec. 255. num.7. vel etiam coram iudice in figura iudicij, tex.est in l.si quidem. C.de iniur. Bart.in dicto.§.si quis libello. Ac etiam dici-
48 tur † diffamatus quis per banna publica, vel monitorias criminosas, vt per Roma. consi. 208. & Neuiz.in Silua nup.verb. monitoriæ, versi. Limita, 4.
49 vbi decis. adducit. † Nec etiam erit necesse probare quod infamia aliqua sit sequuta ex huiusmodi diffamatione apud bonos & graues, vt per Doct. omnes in d. l.Turpia.

VIII.

50 VIII. Quæro quot † dierum debeat esse terminus is quem iudex diffamanti ad agendum præstituat? & remitti hoc arbitio iudicis, tenet glo.in terminis in l.à quo fundus, in glo.fin.circa medium.ff. de damno infec.& glo.in l.si quis libertatē, in verb. modicum, de pet.hæred.& idem tenent Alb.& Sali. in l.si ea, in princ. C.qui accus.Matth.Affl. in tit. quæ sit prima causa benef. amitt.§. est & alia nu.4.
51 Regulariter enim, † tempus à lege non determinatum, remittitur iudicis arbitrio, qui est minister legis l. prima de iur. delib. l. prima de expil. Quam regulam exornare potes, vt per Lucam de Pen. in l. vni. C.de mend. valid. Dec. in c. de causis de offi. deleg. Et in c.sedes in glo.3.de rescrip. Andr.Barb. consi. 45. lib.4. cum aggregatis per Neuiz. in Silua nup.verb.iudicandum pro communi, folio 23. col. prima.& And.Tiraq in Repet.l.si vnquam ver.omnia vel partem num.27. vsque ad numerum 31.C. de reuoc. don. quo in loco infinitos propemodum congessit casus, qui iudicis arbitrio remittuntur, & alios exaggerauit Matth.Affl. in tit.ex quibus causis feud. amitt.in princ.
52 Intellige prædicta in primis. † Quod iudex teneatur statuere terminum quem lex statuit in eodē casu vel simili, vt notat Bal. & alij per illum tex. in l.si quis instituatur.§.1. de hæred. insti. Paul.Cast. & Alex.in l.fin.§. & hoc quidem. C. de iur. delib, Ias. in l.curatoris, in fin. C.eodem, & in rub.C. de
53 Suc.edic. Et horum ratio est. Quia † arbitrium iudicis à lege regulatur 2.à consuetudine his deficiētibus procedendum est de similibus ad similia, vt

diffu-

diffusius per Dec.in d.c.de causis.& in l.si serui vestri num.34. & num.92.C.de ser.fug.Neuiz.d.folio 33. versi. 10. Limita. Matth.Affl. in titu.ex quibus caus.feud.amit. num.25. cum similibus facit quod notabiliter inquit.Bal.in l.fin.in fin. C.de rep. hær.
54 quod scilicet † in his casib. iudex est minister legis, & de mente legis loquitur: Et ideo nõ sunt duæ dilationes successiue, sed vna ex lege, & iudicis arbitrio simul iunctis: Verum in quo consistit arbitriũ iudicis, si cogitur legem consuetudinem vel similia
55 sequi? † Et sane consistet in dando maiorem terminum quam lex det, Sed non poterit dare minorẽ vt per Paul. Cast. in l.1.nu.4.ff.de iure delib. Imol. in l.si quis instituatur col.3.in princ.de hær.inst.& habetur in c.2.de dilat.
56 Intellige 2. loco † quod in termino statuendo tẽporis,ętatis,personarum,locorũ,valetudinis,qualitatis negocij,vt quia causa minima, vel quæ celeritatem desiderat,ratio habenda sit, per discretum iudicem: Ita quod eius arbitrio omnia temperentur, vt per glo. in c. fin. in verbo competentiæ de elect. lib.6.Paul.Cast.& alij in l.continuus.§.cum ita, de verb.obli.Dec.in c.cum sit Romana nu.5.& in cap. personas nu.2.de appel.Neuiz.d.fol.23.Qui iudex
57 † in sumendis informationibus de prædictis circũstãtiis,poterit procedere etiã parte non citata,vt per Fel.in c.1.nu.13.vers.7.Limita,de prob.Dec.in c.2.
58 num.18.de test. Et alias † iudex potest ad informationem suam procedere sine ordine iudiciario, & sine testibus in forma iudicij receptis,vt per Inn.in c.cum in tuæ.de spon.Bal.in l.qui testamento.§.per

L contra-

59 contrarium.ff.de teſtam. vbi etiam dicit quod † informabitur multo fortius p teſtes inhabiles,& prædicta ſequitur. And. Sic. ĩ Repe. rub.C.qui admit. col.34. & eſt memoria dignum. Secundum Catell. .Cottã in mem. verb.Teſti non iurato,Iaſ.in Rep.l. admonendi nu.221.ff.de iureiur.

60 Intellige tertio loco † dummodo iudex certũ ter minum arbitretur, vt per Bal. in d.l.ſi ea num.4.C. qui accuſ. id quod non procederet in termino ſtatuendo per edictum. Quia etiam ſine certo die per proclama quis poſſet moneri ad agendum,ſecundũ Alb.in c.cum in tua,col.1.verſ. ſed quæro, qui matri. accuſ.poſſ.

61 Intellige vltimo loco: quod ſi iudex nimis breuẽ terminum ſtatuat ad agendũ poſſit appellari Bal. in l.ſed ſi per prætorem.§.ait prætor. ff. ex quib. cauſ. maior.Et in d.l.ſi ea. nu.6.& in l.2.nu.10.C.de Epiſ & Clericis,cum adductis per Nic.Boer. d. dec.255.

62 nu.7. Regulare † enim eſt quod ſi iudex perperam, ac arbitratus fuerit non impediatur appellatio per gl. notab.in l.ſi qua pœna,& ibi Bar. in fin.& Alex. in additio.de verb. ſign. glo. in c.ſuper his in verb. arbitriũ. Et ibi Anto.Imol. & Paul.de accuſ. cũ accumulatis per Andr.Tiraq.in Rep.l.ſi vnquã verb. omnia vel partem nume.31. C. de reuoc. dona. & Hier. Cagn. in l.prima in princ. num.22.ff. ſi quis

63 ius dic.† Iudex enim in arbitrariis, & quæ ſuæ voluntati ſuppoſita ſunt non debet grauare partes, vt dicit Ariſto. lib.3. de anima, quem ſequitur Bal. in

64 rub.in princ.C.de pen. iud.qui mal.iud.in† ratione enim ſtat voluntas,& ideo debet eſſe bona, & nõ mala.

65 mala. Et in arbitrariis semper † iudex habere debet æquitatem ante oculos. Verba sunt Baldi in l. fin. nume.3. C. de pen. iud. qui mal. iudi. Et sequitur Matth. Affl. in d. titu. quibus modis feud. amitt.
66 num. 26. Illud tamen † interim non omitto quod ad appellantem incumbit onus probandi causam grauaminis, per ea quæ tradit Inn. in c. ad petitionẽ de accus. Quem sequitur & declarat. Alex. in l. 2. nu. 17. de re iud.
67 IX. Sed an elapso termino, liceat purgare morã? † antequam deueniam ad resolutionẽ præsentis quę-stionis illud admoneo, quod aliqñ terminus præfigitur actui extraiudiciali: aliquando iudiciali secundo casu, aliquando statuitur ad agendum seu libellũ offerendum: aut ad libelli iam oblati prosequutionem, aut prosequuti probationem, aut ad audiendã sententiæ prolationem, vt magistraliter per Bal. hic & Sali. in l. si ea col. pen. C. qui accus. & Angel. in §. minus col. 11. Inst. de act. & Imol. ĩ l. a quo fundus. ff. de dam. infec. Sed quantum ad hanc legẽ pertinet, dico quòd elapso termino adhuc licet purgare moram ante impositum silentiũ: vt per Bal. & D. Hier. hic. & Fel. in c. pen. col. 3. de iud. Ang. de Arim. in add. ad Ange. in tract. malef. in verbo. Necnon ad quærelam, nume. 58. Ias. in l. fin. nume. 18. de Fer. Imol. in l. quamdiu. colum. 9. versic. vltimo tangit. ff. de acqui. hær. Bal. in cap. fin. qui matr. accus. poss. Et in auth. ad hęc col. pen. de vsur. Ang. ĩ l. vni. C. vt nem. inuit. Cep. cautel. 157. vt quis, Fel. in cap. gratum, num. 3. de offic. deleg. Ange. in l. si ea. C. qui accus. Thom. Fer. Caut. 14. in fin. Ange. in §.

minus colum.13. verſic. Quæro ſtatuit iudex iun-
cto verſ. tamen aduertendum. Inſt. de act. Purp. in
l.Poſtquam liti. numero 35. C.de pact. Nico.Boer.
dec.255. num.12. Affl. in titu. de prob. alien. feud.
per Feder. cap. præterea ſiquis. nume. 3. Idemque
iuris erit in termino ſtatuto per proclama, vt per
Fel. in dicto cap. gratum, num.3. Et in cap.2. num.
70. 17. de conſt. intelligendo, vt ibi per eum. Id quod
etiam procedet in termino præfixo ad producen-
dum inſtrumenta, vel proponendas exceptiones.
Nam ſi ius aduerſarij non ſit factum deterius, lice-
bit moram purgare, & eſt communis opinio, quic-
quid tenuerit Bart. in l. mancipiorum. ff. de opt. leg.
Vt patet ex adductis per Alex. in l. ſi inſulam, num.
34. de verb. obl. Ang. in d.l. ſi ea colum.1. Ange. de
Arim. in add. ad Ang. in d. verb. Necnon ad quere-
lam d. num. 58. Zabar. conſi.23. in cauſa Amareti.
71 Bellam. deciſ. 745. Iacob. a S. Geor. in l. deſtitiſſe in
fi. ff. de iud.

Quomodo autem dicatur factũ deterius ius par-
72 tis, vide Ang. in l. Iudices. C. de iud. & Bart. in d.l.
mancipiorum, & Bellam. d. dec. 745.

Limita modo prædicta niſi in aſſignatione ter-
mini fuiſſet comminatum de vlterius non audien-
do: vt per Fel. in c. pen. nu. 7. de iudic. Et in d.c. gra
tum nu.3. Bar. in d.l. mancipiorum in fin. Imol. in
c. accepimus nu.2. de fid. inſt. Thom. Fer. cautel. 14.
in fin. Purp. in d.l. poſtquam liti. nu.36. Idemq; ius
ſeruabitur ſi aſſignetur terminus ſub æquipollenti
cõminatione. Puta ſi dicatur peremptorie, vel alias
habebimus te pro contumace vel procedetur ad vl-
teriora

teriora, vt per Fel. in c. causam quæ col. 3. vers. quan-
74 do sit opus de rescr. Quę tamen intelliges vt proce-
dant quatenus cōminatio fiat cum causa, per ea quæ
tradit in terminis Ang. Aret. in §. minus col. 12. ver
75 si. Auertas tamen. Inst. de act. Regulariter enim re-
quiritur causa in comminatione, vt per Feli. in d. c.
causam quæ colu. 3. Et propterea appellandum est a
76 comminatione quæ fieri non debeat. Philip. Franc.
in cap. cum cessante. colum. 2. versi. 7. nota: & in c.
vt debitus. colum. 8. vers. 3. & vltimo limita. de app.
Quod si comminatio fiat sine causa, & tunc secus es-
set. Et hoc casu posset procedere id quod dicit Bal.
in l. 2. C. qui admitt. Quem simpliciter sequitur
Dominus Hier. Cagn. hic alias patet ex prædictis
quod non bene dicerent.

77 Limita rursus nisi, in assignatione termini, Iu-
dex dixisset, exnunc, si in termino non egeris, pro-
nuntio te non esse audiendum: vt patet ex add. per
D. Hier. hic, cui addas Imol. Idem tenentem, in l.
quandiu col. 2. vers. vltimo tangit, de acqui. hęr. vbi
etiam Aret. & Ange. & Sal. in l. si ea. colum. 4. versi.
primo casu. C. qui accus. Ang. in. §. minus colu. 11.
vers. quæro statuit Iudex, Inst. de act. Et Cep. cau-
tel. 67. vt quis.

78 Illa enim verba exnunc, prout extunc, & econ-
tra operantur quod vnum tempus videatur alteri
inesse, videlicet præsens tempus in futuro, & econ-
uerso, vt per Fel. in c. licęt causam num. 6. de prob.
Guid. pp. consi. 102. Card. Paris. consi. 91. num. 66.
libro 2. Neguz. in tracta. Pign. secunda parte se-
cundo membro num. 6. cum exaggeratis per And

Tiraq.in tracta.de retracta.conuent.§.2.glo.prima num.85.

Limita postremo vt non liceat purgare moram in termino legis,& vltra D. Hier.hic. Idem tenet Fel. in c.pen.nu.8. de iud.Et in c.gratum nu.3.de offic. deleg. Abb.in c.cum in tua, circa fin. qui matr. accus. poss. Bal.in auth. Ad hæc,num.17. C.de vsur. Fel.in c.2.num.17.de const.& in c.licet nu.18.vers. limit.15.de prob.

X. Sed an terminus ad agendum præfixus à iu-
79 dice sit peremptorius? † Et Ang. in l. prima. C. vt nem.inuit. videtur tenere,quod nõ,nisi sit comminatum peremptorie, vel per ęquipollens: aduersus tamen eius sententiam frequentius itum est, vt per Sal.in l.si ea in prin.col.4.C.qui acc. & idem Ang: sibi male constans in l.fin.de fer. Vbi hoc ipsum tenent Alex. & Ias. & idem tenet Ange. in §. si minus col.2. versi.quæro statuit iudex Inst.de act. Fel. in c.pastoralis nu.3.de excep.& in c.causam quę.col.3.
80 versi.quando sit opus.de rescrip. † Quæ conclusio indubiè procedit in curia Romana, vbi omnes termini in palatio sunt peremptorij Ro. dec. 245.in c. licet in causis prophanis, in no. & deci.207. incip. Item fuit determinatum dubium,Fel.in cap.consuluit num.12. de officio deleg. Barb.in Clem.excõmunicationis,de excep.nu.12.versi.16. Vbi inquit, quod post litem contestatam omnes termini in pa-
81 latio apostolico sunt peremptorij. Secus † si terminus præfigeretur ad prosequendam causam, vel ad audiendum sententiã,vt per Fel.in d.c.causam quę colum.3. d. vers.quando sit opus. Gom.super Reg.

Can-

Cancell. de anna. poss. quæst. 72.

Intellige tamen & declara hæc, vt per Bellam. cõclu. 745. colum. 2. versi. 5. reducendo. Item declara quòd dilatio data ad agendum perimat ipsum ius ope exceptionis. l. Titia, de acc. Sicut dilatio ad excipiendum replicationis vel officio iudicis. Dilatio autem ad probandum perimit probationem, sed non ipsum ius partis: Adeo quod in noua instantia poterit fieri probatio omissa in prima: verba sunt Barb. in Clem. excommunicationis num. 11. de except.

82 XI. Quæro quia vt superius diximus † antequã deueniatur ad diffinitiuam, diffamator est bis monendus vt agat, an requiratur quod iudex personaliter ipsum diffamantem moneat, an potius sufficiat si per nuncium vel per epistolam moneatur? Et sane videtur monitionem requiri, per ea quæ habentur per Ang. Paul. de Castr. Ias. & communiter alios in Auth. Hoc amplius. C. de fideicom. Ange. in §. si quis non implens in Auth. de hær. & Falc. Hip. in l. de vnoquoque nu. 135. de testam. Guil. Ben. in rep. cap. Raynutius super verb. si absque liberis il secondo, num. 198. de testa. In quibus locis concluditur quòd in terminis. d. §. si autem non implens (Super quo fundatur ipsa communis conclusio, quę binam monitionem requirit) non sufficere quòd per nuncium vel per epistolam fiat monitio, cum tractetur de graui præiudicio & priuatione iuris alterius. Quicquid tenuerit glo. singularis in Auth. de hær. & fal. §. illud in verb. decreto.

Limita tamen vt id nõ procedat, si iudex per nũ-

cium moneret partē præſentem in iudicio ad agen-
83 dum. Tunc enim proprie iudex dicitur monere, licet mediante organo nuncij per ea quæ tradit, Fel. & Dec. vtraque nu. 21. in c. conſuluit de offi. deleg. Idem tradit Dec. in c. quoniam abbas nu. 2. eod. Iaſ. in l. ſi procurator præſentis. de verb. obl. Hip. in l, de vnoquoque num. 133. de re iud. Catel. Cot. in mem. verb. peremptorij vim, & verb. iudicis præſentiat & faciūt ea quę habētur, per doct. in l. 1. §. ſi iuſſerim. ff. de acq. poſſ.

Sed interim illud moneo quod prædicta commu-
84 nis opinio forte in practica non ſeruaretur † ex mēte Ang. in d. auth. Hoc amplius. dum inquit, quod prædicta opinio aduerſus glo. in d. §. illud, eſt verior, & quod opinio. d. gl. eſt æquior. Quoties enim doct. dicunt alteram opinionem eſſe veriorem tacite innuunt quod contraria ſeruaretur in practica. Et idem ſi atteſtarentur de ęquitate alterius opinionis, ſecūdum Lancel. Dec. in l. hæres abſens, de iud. quē ſequitur Neuiz in Silua nūpt. in verb. in dubio verſ. limita 3. iuncto verſ. limit. 4. Quæ tamen concluſio indubie non procedit in terminis l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pign. vt per Bal. & Ang. ibi. Impoſſibile enim eſt vt incerti & abſentes a iudicio moneantur, cum monitio proprie dicatur quæ fit ore proprio iudicis in præſentem, ita quod non cadat monitio in proclamate, vt per Iacob. de S. Geor. in l. & poſt edictum, nu. 8. de iud.

85 XII. Quæro † an ſit accuſanda contumacia diffamantis non agentis in termino præfixo? Et accuſandam admonet Ang. in rub. Inſt. de excep. Quem

Hier.Cag.sequitur hic in 6.eius limit.Et tenet Bal. in l. si per alium. §. doceri.ff.nequis eum: vt enim
86 † contumax conuincatur necessaria est accusatio contumaciæ.l.properandum.§.primo,ibi absentiã incusante de iud. Vbi late per Doct.& Ang.in l.cõ sentaneum.C.quom:& quan. iud.& consi.suo 47. incipit in quęst.cum accumulatis per Hip.sin.291. Et in l.de vnoquoque nu.223.de re iud.

XIII. Quæro an sit necessarium, vt post lapsum terminnm adhuc contumax citetur ad audiendum
87 sententiam? † Et puto requiri citationem secundum Bald. hic in fin. quem sequitur Abb. in c. licet beato Petro colum.2.vers.in Gl.in fin.de accus. Quidquid aliter sentiat. Nic.Boer.d.sua dec. 255. nu.2.Vbi dicit communem opinionem esse in contrarium.Nam meo iudicio Docto. quos dicit contrarium sentire loquuntur in diuersis terminis, scilicet,an monitio debeat esse vnica ad agendũ, vel debeat esse bina: Nam communis est opinio quod debeat esse bina,nec vna sufficit,nec trina est necessaria. Sed quod non requiratur citatio ad audiendam sententiam nullus hactenus dixit. Et violare
88 tur communis illa sententia, † Quod citatio ad sẽ tẽtiam sit necessaria, alias sit nulla.l.si accusatorib. C.de accus.vbi Bald.Sal.& alii notant. Ange.in §. fina.prima colum. Inst.de pœn. temere litig.Cor. consil.144.litera.I.in 4.& consil. Neap.decis.prima.num.35.cum seq.in no.Bellam. decis. 92. vbi idem esse ait interlocutoria, quæ propter suam ponderositatem causæ cognitionem desiderat & Barb. in Clem. excommunicationis nu.12.de ex-

cep.

cep.& Caſſ.de reſcr.dec.8. vbi ait idem iuris eſſe in ſententia principis: prout etiam conſuluit. Dec. conſ.781.num.25. Abb.in cap. venerabilem de ele&.colum.3 Et eſt communis opinio, etiam ſi ſententia eſſet lata in fauorem non citati: ſecundum Iaſ.in l.ne quicquam. §. Vbi decretum, nu.43. ff.de off.proconſ.Rip.in l.furioſo nu.70.ff.de re iud.Intelligendo, vt per Alex.Ibi. Quinimmo ſi quis citetur ad ſententiam abſq; peremptorio ſententia erit nulla l.conſentaneum.Et l.tres denunciationes.C. quom.& quand.iud.Affli.deciſ.345.num.16.Licet ſecus ſi moneatur, nam monitio habet vim citationis & peremptorij.Dec.in cap.eccleſia.S.Mariç nu.25.de conſti.Barb. in Clem.excommunicationis num.40.de excep.Iaſ.in l. Iubemus nu. 12.C.
89 de teſt.† Rurſus violaretur altera communis ſententia; quod ad conuincendum contumacem requiratur prçceptum ad allegandum cauſas, cur tanquam contumax condemnari nõ debeat.Vt late per Hip. in pra&.in §.examinata in fin. & l. de vnoquoque num.191.de re iud. Quæ opinio videtur mihi inniti maximæ çquitati.Potuit enim intra terminum præfixum ad agendum accidere iuſtum impedimentum, propter quod ſit excuſandus qui non egit in termino. Prout in ſimili conſiderat Rot.dec.402. in fi. in no. Sed interim illud moneo procuratores tirones, quod non ſufficit partem citare, vt compareat coram iudice, ſed eſt neceſſe quod pars citetur ad audiendam ſententiam aliàs ſententia non teneret etiam in ſummarijs. Et idem ſiquis citetur ad audiendum vocem vel voluntatem iudicis. Nam

non

non valeret huiusmodi citatio, vt per Alex. in l. si finita. §. Iulianus num. 23. ff. de damn. infec. Hip. in ru. de proba. nu. 369. Barb. qui decisiones adducit in d. Clem. excommunicationis nu. 13. de excep. vbi etiam pulchre accumulat casus plures in quib' ad sententiam non opus est peremptorio.

XIIII. Quæro an dies termini ad agendum sta-
90 tuti computetur in termino? † Quæstio hæc est admodum anceps, & cõtrarias habet opiniones multis rationibus & auctoritatibus subnixas, recipitq; multas vtrinque limitationes: Et pro resolutione sciendum est quòd dupliciter potest intelligi. Et
91 primo de die vltimo termini † An computetur in termino, & expeditum est computari. l. 1. §. quod diximus de suc. edic. l. in omnibus temporalibus, ff. de act. & obl. l. pater. §. sexaginta, de adul. l. si quis sic dixerit, de verb. sig. Petr. Fer. respon. rei conuenti, in Glo. 1. col. 2. vers. quid ergo, Ang. consil. 505. Rom. consil. 121. Hier. Cag. in l. quoties dubia est in fin. & in l. vbi lex, de reg. Iur. vbi decisiones adducit.

Secundo modo intelligitur per scribentes in l. 1. ff. Si quis caut. & alibi sæpe, nunquid dies assignationis termini, vel notificationis computetur in termino: Exempli gratia iudex assignat tibi hodie decem dies ad agendum, nunquid dies hodiernus cõ-
92 putetur in ipso termino? † Et ista est difficilis & alta quæstio, vt superius admonui: nam multi tenuerunt diem termini computari in termino, magis tamen communis opinio est in contrariũ, vt per Glo. Iacob. Butr. Rayn. Bar. col. 5. Ang. Sal. Paul. Castr.

& Rom.

& Rom.in l.prima.ff.si quis caut.Moder. in l. vbi lex,de reg. iur.cũ exaggeratis per And.Tiraq. qui pene infinita in hanc sententiam adducit in tracta.
93 vtr.rest.§.1,Gl.2. nu.16. cũ multis sequentibus. † Et in terminis nostræ legis diem termini non computari in termino tenet Bal.in.l.si ea col. vltima vers.Item nota quod terminus.C.qui accus.
94 Amplia modo,† & limita quatuordecim modis prædictam conclusionem,vt per prædictum Andr. Tiraqu.vbi supra, qui vberrime prædicta discussit more suo.
95 XV. Quæro an tertius † pro suo interesse, si sponte compareat sit admittendus ad contradicendum post lapsum terminum? Distingue,vt per Bald.& Ang.in l.si eo tempore.C.de rem.pig.Quos sequitur Affl.deci.Neap.235.nu.6. Nam aut tertius venit,vt assistat causæ inchoatæ, & tunc arctatur illis terminis quibus arctantur citati: Aut venit non vt assistens, sed ex se, & tunc bene potest comparere
96 post terminum: Nam & alias † super eisdem articulis,& publicatis attestationibus,licet tertio.cõparere pro suo interesse,& producere testes. Sicut.n. huic ignoranti non præiudicant acta.Ita nec publicatio.Bart.in l. si perlusorio de app.cum adductis per Fel.in c.veniens nu.18.de test.
97 XVI. Quęro,an terminus is,ad agendũ p̃fixus † possit per iudicem prorogari? Et puto posse prorogari per.l.interdum,cum ibi notatis.ff.de iudic. Nam si quando terminus est elapsus potest reparari, poterit multo magis dum durat prorogari, ut p. Specul.in tit.de dil.§.Nunc uideamus,uers.& sunt
hæc

hæc in argumento. † Quod si terminus esset finitus non diceretur prorogatio, ut per Abb. & Dec. in c. de causis de off. deleg. ca. Thol. quæst. 356. saltē proprie, sed bene improprie potest dici prorogatio ut per Nicol. Boer. dec. 244. nu. 9. id tamen intelli-
99 ge † quod si iudex transacto termino diceret proro gamus terminum usque ad tale tempus. Actus ualeret in uim nouæ dilationis, ut per Dec. in dicto. c. de causis. Roma. consi. 444. in fine. Soci. cons. 99. nu. 3. lib. 3. Card. Par. Consi. 43. nu. 7. lib. 1. Idemq;
100 dicendum est † si nullo dato termino iudex diceret prorogamus tibi terminum ad probandum, usque ad octo dies. Nam ualet dilatio inspecta mēte iudicis, ad quam verba debet trahi. Bal. in l. prima. C. de tempo. appel. Boer. decis. 283. num. 19.
101 Intellige item prædicta † dummodo subsit causa cur terminus prorogetur, & adhibeatur causę cognitio, late per Nic. Boer. dec. 294. & per omnes in d. l. Interdum, & per Paul. Castr. in l. fin. num. 7. & ibi late Ias. nu. 42. de fer. Dec. in c. personas nu. 11. de app.
102 Secundo intellige † nisi de consensu partium terminus esset præfixus. Tunc enim altera inuita non posset prorogari Dec. in cap. significante num. 4. de appell. Sed an requiratur partis citatio in prorogatione, dic, vt per Nicol. Boer. decis. 294. & Staph. in titul. de Signatura literarum iustit. cap. Incip. quando appellatur ab Interlocutoria.

XVII. Quæro an iudex teneatur hunc terminū
103 statuere? † Et videtur quod, non per l. non quicquid

quid de iud. Contrarium tamen puto verius: in his
104 † enim quæ sunt posita arbitrio iudicis, vt faciat
vel non faciat ex causa; tunc si parte petente id non
105 fiat potest appellari. † Secus autē in his quæ sunt
cōmissa libero arbitrio iudicis, vt per Ant. de Butr.
in cap. cum parati, in 3. colum. de app. cum adductis
per Ias. in l. prima num. 6. ff. si quis ius dic. non obtem.
Fel. in cap. 1. num 25. de const. late. Dec. in l. 1.
num. 13. ff. de iurisd. om. iudi. & in c. exceptionem
num. 6. de except. & in c. ad hæc, de appell. Et ideo
Lanfr. in c. quoniam contra falsam, de probat. verbo
106 dilationes colu. fin. vers. postremo quæritur, dicit †
quod sicut potest appellari a nimis breui dilatione,
ita multo magis a denegata.

107 XVIII. Sed quid si mulier † diffamet aliquem oc
casione dotis an aduersus eam dabitur remedium
huius legis? Et sane prima facie videtur quòd non
detur, Causa enim dotis non includitur in l. generaliter
loquēte quia semper & vbique præcipua, est
l. prima. ff. soluto matr. per quam ita dicit ibi Ias. in
3. notabili, fretus etiam auctoritate Sal. in l. fina. in
princ. per illum tex. C. de iure dot. Quæ decisio adiuuatur
ex eo quod causa dotis est causa pia. l. cum
his §. mulier. ff. de cōd. indeb. quapropter vix quis
decipi potest, qui regulam putet vbique fallere in
causa pia, arg. eius quod dicit Paul. de Cast. in l. sancimus
la vltima. C. de sac. eccl. summa enim videtur
ratio quæ pro causa pia facit. l. sunt personæ. ff. de
rel. & sump. fun. Pro contraria vero sententia facit
108 quod † hæc l. generaliter loquitur, nec excipit causam
dotis, & ita generaliter debet intelligi. l. de precio. ff.

cio.ff.de publ.& l.3.ff.de off. pref. & lex generalis comprehendit etiam personas & causas priuilegia tas,quæ in casu illo non reperiuntur habere priuilegium.l.in fraudem.§. vltimo ibi quia generalis est illa determinatio,vbi id notat Bal. ff. de testam. & idem Bald.in l.omnes populi ante finem ver.itē nota quod generale statutū.ff.de Iusti.& Iu. & Philip.Dec.in l.1.col.secunda versi.& ampliatur & in l.nemo potest,in prin.& in l.quo tutela.§.1. ff. de reg.iuris & in l.1.in 3.notabili.C.de edendo & in l.ex testamento.C.vnde liberi,& in ca.cum ordinē colum.2.extra de rescr. & in c.sedes Apost. col.4. vers. & in tantum hoc procedit eo tit.Nam specia-
109 lia † seu priuilegia non sunt amplianda nec ad alios casus trahenda.l.quod vero,& l.Ius singulare. ff.de legib.& si quid speciale est in vno casu non sequitur speciale esse in alijs,nam vt inquit Sal.in l. vni. C. vbi pet.tuto. specialia seu casus singulares sunt euitandi quantum fieri potest, nec in dubio a reg.discedendum est.Gl.in l.omnis diffinitio.ff.de reg.Iuris & in Rub.eiusdem tit.lib.6.

Et hanc sententiam adiuuat text.in l.ait prætor. §.si qua mulier, & in l. omnes.§.si vir vxori.ff.de
110 his quæ in fraudem creditorum † vbi patet dotē in casu illius tit. non esse magis priuilegiatā quàm ceteras causas. Faciuntque in summa multi text. quos in hanc sententiam aggregauit Andr. Tiraq. in tract.vtriusque retrac.§. primo Glo. 14. nu.48. cum seq.Superest, nunc tantum, vt respondeamus
111 ad contraria:nam quod primo loco adducitur † dictum Sal.in d.l.vltima.C. de iure dotium, & si

videa-

videatur indistincte & generaliter procedere, prout ipsum videntur Intellexisse hactenus magis cōmuniter Doct. relati per Neguz. in tract. pig. 8. parte, primo memb. num. 23. vbi hanc attestatur communem, & ab ea dicit in consulendo & iudicãdo non esse recedendum, & ea vt in puncto Iuris veriorem subtiliter defendit a rationibus Decij qui vbique aliter intellexit.

112 Tamen ego censeo hoc in casu, † dictum Sal. debere restringi, vt procedat tantum in casibus in quibus dos specialiter reperiatur priuilegiata, alias secus, prout primus omnium restrinxit Philip. Dec. fere vbiq; vt in l. prima colum. 2. ff. de reg. iuris & in. l. ex testamento in vlt. nota. C. vnde lib. & cons. suo. 5. & consil. 48. colum. 2. & consi. 61. colum. 1. & consi. 131. colum. 3. & consi. 446. colum. 2. & cons. 536. & in eius etiam sententiam iuerunt Frãc. a Rip. in l. prima colum. 4. ff. sol. matrim. & in l. 1. colum. 8. ff. de vulg. & pup. & in l. fin. quæst. 51. C. de reuoc. don. Goz consi. 97. num. 7. Ant. Rub. Alex. consi. 166. in fi. Catel. Cotta memo. dos habet in fine, & latiss. hunc intellectum bonis rationibus defendit Andr. Tiraq. in d. suo tract. §. primo. glo. 14. a num. 97. vsque ad num. 109. vbi in utranque partem more suo decisiones adducit, & si de Neg. & eius rationibus non meminerit. Nec prædictis obstat, quòd contraria opinio videatur magis communis, & ita secundum eam videatur iudicandum

113 l. 1. ff. de off. quæst. nam † id non procedit quoties, communis opinio possit bonis rationibus conuinci quod bonus & acuti iudicij iudex arbitrabitur,

tur, vt per Iaſ. in auth. nouiſſima col. 5. C. de inof. teſta. & in l. vt vim in pen. col. poſt medium. ff. de iuſt. & iur. Cat. Cotta mem. opinio cōmunis Dec. cōſ. 491. in fine & cōſ. 560. 456. 576. 719. in quibus locis ſubijcit, ꝙ authores noſtri ſepenumero imitantur aues & quod quando vna volat omnes aliæ ſequūtur & ideo exclamat elegantiſſimus Zaſius in Rep. l. 2. ff. de orig. Iuris. Fit inquit, vt communes opiniones non veritate, ſed velut ex fauore cōſpiratio eorum prodeant, quorum doctrinam etiā ſi text. aliquo Iuris non fulciatur, tueri pergimus. Nonnunquam etiam negligentia in cauſa eſt, vt dū quæ ab aliis ſcripta ſunt ſine altiori inquiſitione aliis tradimus, & illi aliis & ita deinceps. Facile euenit, vt communes opiniones oriantur & ſic vt olim in paleſtris primus curſu defatigatus lampada ſequenti dedit, & ille alij, ita fit vt apud Docto. conſulta eorum non tàm ex animi ratione veriſq; fundamentis quam ex alienis vocibus colligātur: Non eſt ergo tenenda dicta communis opinio ſicut, nec alię quando bonis rationibus conuincuntur, quod & Fel. late tangit in cap. primo. colum. penul. & fi. de conſt. & copioſius Neuiza. in ſua Silua nupt. fol. 19. cum ſeq.

114 Hoc etiam cōfirmat quod hæc opinio in dubio † præſumitur verior, ex quo non eſt contraria omnino opinioni præcedenti, ſed potius diſtinguendo eam ſaluat, vt procedat ī caſibus in quibus dos ſpecialiter inueniatur priuilegiata quo caſu opinio diſtinguens præſumitur verior; Eligitur enim media via. l. adeo. §. cum quis. ff. de acquir. rerum domi.

& ideo dixit alibi Gl.i l.apud antiquos.C.de furt. distingue tempora & concordabis scripturas,& est similis Glo.in l.lege agraria in pri. Glo.circa med. ff.de term. amoto per quæ iura Cur.Iuni cons.10. nu.1. dicit quod in dubio opinio distinguens præsumitur verior, & presertim quia Doct. qui indistincte sequuntur dictum illud Sal.incidenter illud citant non autem arguendo,& resoluendo principaliter, & potius id allegant ad aliquem colorem sui propositi: quare non est admodum curandum de authoritatibus eorum, vt per Alz.Reg.prima præsumpt.51.nu.4.

115 Nec obstat, quòd causa dotis dicatur causa pia † id enim procedit tantum quando dos debetur mulieri pauperi, vt per Doct.in d.§.si mulier & in l.1. C.de edend.Franc. à Rip.in l.fi. q.51.C.de reuo. don. Andr.Barb.in c.Relatum num.17.de testam. Io.Lup,in Rep.c. per vestras.§.12.in ca.3.propter necessitatem,de donat.inter vir.& vxo.Bal.Nouel. in tract.doct. priuil. 44. in 6.parte decis.973.numero 3.

116 Intellige tamẽ quod dos dicatur debita pauperi† si sit dos data illi quę non habet vnde honeste viuere possit secundum statum & conditionem suæ personę.l.si quis ad declinandũ,vbi hoc notat Bal. colum.2.vers.ad tertium.C.de episcopis & cler. & Franc.à Rip.d.q.51. Io. Lupus pulchre in d.c.per vestras.§.12.Dec.in cap.cæterum num.18.de Iudi. Ias.in l. prima num.151.ff. sol.matr. cap. Thol.q. 214. in fine. Quæ sententia a diuo Tho. emanauit quarta parte quest.32.12.articulo,secundum Alex.

cons.

117 conſ. 124 colu. 2. lib. 4. Quinimo † Regina etiã poteſt dici pauper, attenta qualitate ſue perſonę. c. ex parte de foro comp. Dec. in d. c. Cæterum num. 18. Licet igitur dotis cauſa vbique ſit præcipua nó
118 tamen † eius fauore alteri debet fieri iniuria per ea quæ tradunt Doct. in c. ex tenore, de foro comp. & Matth. Affl. dec. 257. nec dotis debet eſſe tantus fauor, vt mulieri diffamatio permittatur, vt enim dicit Apoſtolus apud Rom. cap. primo. diffamatores deo odibiles sũt, & Sap. c. primo, a detractione parcite linguę, quia ſermo obſcurus in vacuũ non ibit. Cum his quæ citat Matth. Affl. deciſ. 307. nu. 17. Quapropter non eſt dubitandum quin diffamatio in muliere non ſit iuſta cauſa, propter quã æquũ ſit eam, vt ceteras perſonas diffamantes ad agendũ conſtringi.
119 Declara tamen hæc, vt procedant † in præiudicium mulieris diffamantis, non autem mariti ſilentis, cui ex forma pacti, vel aliter dos debetur l. pri. & l. ob maritorũ. C. ne vxor. pro mar. Quę ſententia adiuuatur ex eo, quod ſi mulier ſit ingrata non tamẽ reuocatur donatio facta marito ex cauſa dotis in præiudicium ipſius mariti, licet ſecus quoad præiudicium vxoris, vt per Franc. à Rip. in l. fin. q. 51. C. de reuoc. don. Et ſi uxor reliquit conſtante matrimonio propter eius delictum, fit bonorũ ſuorum cõfiſcatio, & uſusfructus reſeruatur marito. l. quinque legibus & l. 3. ff. de bon. damn. & not. Docto. in l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſolut. matr. Card. Paris. conſi. 151. num. 23. lib. 4. & regulare eſt ut ſententia inter alios lata, aliis non præiudicet. toto tit.

C. Res inter alios acta. Nec delictum proprietarij obest vsufructuario quousq; durat vsusfrusctus, vt per Bal. Alex. & alios in l. 3. §. si filius. ff. quod quisque iuris: vbi inquiunt quod ex delicto proprietarij non potest deuastari domus in qua quis habet vsumfructum, & idem dicit in tit. de controu. Inuest. §. rursus col. 2. cum add. per Card. Paris. cōsi. 157. nu. 25. lib. 3.

120. XIX. Quæro quid si pater diffamet aliquem occasione bonorum & iurium filij, an diffamatio eius & silentium ei impositum noceat etiam filio? Et videretur fortasse dicendum quod noceret. Nam sicut contra prælatum datur hoc remedium & eius diffamatio nocet ecclesiæ, ita diffamatio patris, debet nocere filio, habet enim pater legitimam administrationem bonorum filij sicut prælatus bonorū ecclesiæ. l. fin. C. de bonisque lib. l. pri. C. de bonis maternis. Potestque pater ius filij deducere in iudicium, non secus ac si perfectum solidumque do-
121 minium haberet. d. l. pri. rationeque † iuris sui etiam ante litem contestatam procuratorem constituit, vt per Ange. Aret. in §. sin autem colum. 2. Instit. de satisdat. Philip. Cor. in dicta. l. 1. Ias. in l. filiusfamilias ad finem. ff. qui satisdare cogantur Capel. Tho. q. 105 cum plene adductis per Andr. Tiraq. in rep. l. si vnquam in prin. num. 19. C. de reuoc. dona.

Contraria tamen sententia & æquior & verior
122 mihi videtur, filius † enim non debet portare iniquitatem patris, vt probatur per locum a speciali in l. quisquis. C. ad l. Iuliam. maiest. pęna enim suos

non debet transgredi auctores.l.sancimus.C.de pę
nis.cap.non debet de regu.Iuris lib. 6.per quæ Iu
123 ra Franc.a Rip. † in dict.l. fin.quæst.53.tenet ob
patris ingratitudinem donationem factam filio nõ
reuocari.

